¶Et si castra sint in diuersis episcopatib⁹ ab vtroq; episcopo vel a metropolitano licētiā impetret. Et si sunt in diuersis prouincijs recurrat ad primatem vel ad papā. Sed si baro pro parte anni habitat in vna parrochia: ⁊ pro parte anni habitat in altera. Cui vult sacerdoti vtriusq; domicilij pōt cōfiteri vel de vnius licētia alteri confiteri: qn̄ nullū habet in hoc priuilegiū a papa. Hostiē.

12 ¶Quā potestatē hʒ in foro penitētie Archipresbyter cathedralis eccl'e vel ruralis: q̄ etiā appellat̄ decan⁹: vel pleban⁹? Rn̄. ꝑm do. Anto. ⁊ glo. in cap. officium. de offi. archi.

¶Ab archipresbytero ecclesie cathedralis quilibet de ciuitate ⁊ dyocesi et peregrini et de foris veniētes possunt accipere sacramenta in ecclesia maiori sicut ⁊ ab episcopo.

¶De secundo distiugue. Aut decanat⁹ est annexus curie spirituali ⁊ decan⁹ reputat̄ ordinarius in parrochijs suis decanatus post ep̄m supra curatos et laicos. Et sic curati de eius licentia sicut et de ep̄i licentia pn̄t cōfiteri: aut ep̄s vel archidiaconus cōfert istū decanatū: mō huic curato mō illi. Et tūc in casib⁹ qui sunt retēti de iure vel cōsuetudine ep̄o sine spāli autoritate ep̄i nihil potest. Ad de ꝑm gemi. in ca. vno. de ma. ⁊ obe. li. vj. ꝙ archipresbyter q̄ excōmunicauit canonicū suū: qr non residebat potest illum absoluere etiā si canonicatui renunciauit per ca. cū ab ecclesiarum. de officio ordinis.

13 ¶Capl'm sede vacāte: vl' is ad quē administratio pertinet pōt absoluere ab excōicatiōe iuris vl' iudicis quos ep̄s si viueret posset: nisi a sede apl'ica id fuerit interdictū. vt. c. j. de ma. ⁊ obe. lib. vj. Ubi dicit Gemi. ꝑm Pau. hoc idē hʒ locū i alijs ecclesijs inferiorib⁹ collegiatis: quaꝝ p̄latus dū viueret poterat excōicare et absoluere. Ad qđ facit ca. Cū ab ecclesiarū. et ca. cū in ecclesijs. de offi. ordi.

14 ¶An vicari⁹ ep̄i habeat potestatē i foro ꝯscie seu pnīe? Rn̄. Dic ꝑm i summa. titu. de pent. ⁊ re. in. §. cui cōfitēdū: ꝙ nō nisi hoc ei expresse cōmissum sit vel nisi ep̄s se trāstulerit ad remotā regionē: ⁊ reliq̄t eū vicariū suū generalē quo casu oīa pōt in foro cōsciētie: que ep̄s si pn̄s esset. Sed si vicari⁹ nō sit sacerdos debet hoc alijs delegare. Ar. de ꝯse. ec. c. a qua. de officio dele. ca. excōicatus. in fi. et de procu. c. petitio.

15 ¶Nūquid vicarius gn̄alis ep̄i in cui⁹ mādato ep̄s expressit vnū de casib⁹ qui requirunt speciale mandatū secuta gn̄ali

clausula. Et oia possis q̄ nos possumus: possit oia q̄ exigunt speciale mādatū? Dic s3 Arch. Jo.mo. ꝛ Jo.an.in.c.Romana. de officio vica.lib.vj.ꝙ sic. de rescrip.ca.sedes. Ad instar procuratoris: secus si nullū de his que exigunt speciale mandatū expressisset: vel si nō expressus esset maior ꝙ̄ expressus .c. non potest.eo.titu.

16 ¶ Uidelicet quā auctoritatē habebit cōfessor cui eps vel eius vicē gerēs dt concedo tibi oēs casus meos: vel talē ꝛ talē ꝛ oēs alios: vel oēs cōcedo excepto tali ꝛ tali? Rñ. in primo casu nihil videt concessisse. ar. eorū que dicunt in precedenti proximo.§.nisi s̄m Mo.in sum. Cōfessor tantā ꝛ intrinsecā familiaritatē cū epo habeat: vt ꝓbabiliter extimare possit oia sibi cōcedi in foro pnie per talia verba. Aut si etiā eps dixerit. Cōcedo vt oia possis q̄ ego possuȝ quo casu oia potest que eps pōt in foro pnie ꝙ̄tū ad absolutionē a petis ꝛ censuris epo reseruatis. De dispēsatione vero votorū: iuramentorum: ꝛ in certorū que dependet a iurisditione: petat particularem licentiā vel auctoritatem.

¶ In secundo casu dicit pe. in directoria lib.j.tit.xv.§.xx. Si aliquis articulus specificet de reseruatis epo cū clausula generali. Et omnes alios pōt absoluere de non expressis. ar. de procura. Qui ad agendū. nisi grauis adeo esset casus ꝙ in tali generalitate non veniret. vt de iniectione manus in clericum. de sen. excōica. peruenit Non eñ credo ꝙ committatur nisi exprimatur. Et subdit pe. Fratres tamē predicatores et minores pñtati prelati ecclesiarum: quib9 conceditur confessiōes audire possunt ab omnibus absoluere que in iure non reseruantur epis: immo ꝛ a reseruatis per suas constitutiones: dūmodo ibi non sit snia excōicatiōis lata: quia statuta cōcessioni cōtraria reuocantur. in.§.Statuimus. Et sic intelligit Guil. hec pe. in directoria: quamuis hoc vltimum dubium videatur per doct. in cle. Dudum.d.§. Statuim9. de sepultu. vt infra.§.xxxiij.

¶ In tertio casu cōfessor potest absoluere a reliq̄s casibus nō reseruatis: vt quidam dicūt qñ aliquos tantū reseruat eps.

17 ¶ An epo mortuo expiret iurisditio sui vicarij? Dicendū s̄m Anto. de But. in ca. tua nobis. de offi. vica. ꝙ sic. Et de cōsuetudine sic seruat: ꝙ̄uis plerumq3 tales cōfirment: vel remoueant: de ma. ꝛ obe. ca. cum olim. Et quidē absq3 consensu capituli pōt eps constituere et

remouere officialē ſm̄ Hoſt. in ſumma.ti.de pe.ꝛ re.§.in q̄bus. verſic.ſed nunquid.

18 ¶ Nūquid prelat⁹ propri⁹ vel ſacerdos prochial'.aut ſuus vicari⁹ poſſit ſubditos abſoluere ab omni peccato: cui⁹ abſolutio ſpectat ad eū ꝛ intra et extra diœceſim? Rñ. ſm̄ Joan. de Imola in clemen. Dudum. de ſepul.in.§. Statuimus. Dic ꝙ ſic. Siue illud ꝯmiſerit extra ſiue intra territorium loci vel diœceſis. Et ideo extra diœceſim: qꝛ in his que ſunt fori penitentialis ꝛ ſub ſilentio exercentur nullius territoriū leditur. Ad quod faciūt notata in.c. penultimo in fine. de offic.deleg. De fratribus predicatoribus ꝛ minoribus: dic vt infra.§.xxvj.

19 ¶ Sed nunq̄d ſacerdos parrochialis: vel quicūqꝫ curatus poſſit aſſumere in auxiliū preſbyterum non curatū vel religioſum ab epiſcopo non licentiatū ad audiēdas cōfeſſiones? Reſpondetur aut talis aſſumitur ad tēpus puta in quadrageſima vt confeſſiones audiat: predicet: miniſtret eucharistiā ꝛ huiuſmodi. Aut dat ſimpliciter licentiam ſubdito: vt poſſit cōfiteri vni de predictis.

¶ Si primo modo dicit dominus cardinalis in cle. religioſi.in prin.q.xxj.ꝛ.q.xxiij.de priuile.ſm̄ Pau.pōt eum aſſumere: qꝛ ſic aſſumendo delegat ei vices ſuas:et quicquid iſte facit: facit vt eius commiſſarius: pro quo remittit ad notata in cle.j.de here. Et quidam cum quis eſt aſſumptus ꝛ rite ordinatus ac ſufficiens non deficit ei niſi materia id eſt populus cum ergo ſumitur ab eo qui habet pōt exercere nomine illius. ar.xv.q.j.Ecce in hoc et.c.adijcimus.quod ſi dicis quia ꝑ inferiorem prelatum epō nō poteſt cura delegari: vt dicit Archidiacono.argu de electio. cum ex eo.libr. vj. Rūdet Pau. non procedere in cōmiſſiōe ſpeciali certorū caſuū:vel ad tēpus :vt in caſu noſtro. Ad qđ facit q̄ no.Hoſti.de officio vicar. cap. Clericus. Secus de cōmiſſione gn̄ali: qꝛ parrochialis etiam ꝑ viam delegationis gn̄alis nō poteſt cōmittere alicui omnem curā. Quia ſic videret exonerare ſe de eo quod debet ꝑ ſe exercere.de preben. ca. extirpende. §.qui vero.

¶ Si autem ſecundo caſu ſubditus cōfiteatur religioſo non licentiato ab epō ad confeſſiones audiendas vel preſbytero non curato ſecūdum Pau. non poteſt ab eo abſolui: quia cum talis abſoluens faciat iure ſuo quod non habet: eo quod ſibi a nullo prelato cura commiſſa ſit: nihil agit. Hec cardina-

lis. Et sic ipse trãsit cũ hac opinione. Et Jo. de Jmo. in Cle. Dudum. de sepul. et do. Abb. siculus in ca. Omnis. de pe. et re. vbi dicit. Si parrochialis sacerdos dat simpliciter licentiam parrochianis eligẽdi sibi confessorem talis non potest eligere sacerdotem qui nõ habet executionem in actu seu iurisditionẽ. secus si ipse parrochialis permittit vni sacerdoti vt audiat cõfessionẽ sui parrochiani: q2 tũc non requiritur vt habeat executionẽ in actu: sed sufficit si h3 in habitu: vt acquirit ois sacerdos dum ordinat: vt hic volunt doc. Et idẽ tenet Jo. an. in ca. ois de peni. et re. Et Host. i sũma: vt refert Do. de. S. Gemi. in ca. Perlectis. in fi. di. xxv. Ubi dicit hoc fuisse disputatũ Bono. vt refert Jo. an. Cum quo ipse videtur trãsire. Quãuis gl. in. c. Ois. de peni. et re. ꝛ Ray. in summa. ꝛ Archi. in d. c. Perlectis. Teneãt ꝙ presbyter nisi sit ab epo licentiatus non põt alioꝝ cõfessiones audire. Rõnem primã vertus. similr ꝛ religiosi q̃uis ad modicũ tẽpus assumãtur ad hoc a sacerdote curato. contra qd vr̃ bullata declaratio Alexan. et Cle. Jn qua dr ꝙ potestas absoluẽdi que est apud curatũ papam ꝛ epm non est vna: sed quilibet põt p se audire sine consensu alteri⁹ cõfessiones subditoꝝ. Et qlibet eoꝝ sine cõsensu alterius põt alteri cõmittere. Uñ vicarius curati sine licẽtia epi potest audire cõfessiones illoꝝ q̃ curato subditi sunt licet multomagis de licentia epi: vt hoc ponit do. Archieps Flo. in prima parte sui Interrogatorij.

20 ¶ Religiosi et sacerdotes nõ curati quõ possint seculariũ psonarũ cõfessiones audire preter modũ nũc ꝓxie dictũ? Rñ. s3 Arch. i. c. placuit. xvj. q. j. Dicendum ꝙ excepto articulo necessitatis in quo cuicunq3 sacerdoti etiam nõ habilitato ad cõfessiones audiendas cõcedit vt possit audire ꝛ absoluere penitentẽ. Oportet ꝙ sint licẽtiati ab epo de ꝯsensu sui p̄lati. d. cõ. c. Placuit. ꝛ cap. peruenit. ea. q. Nã velle ꝛ nolle religiosi i manu est sui prelati. xij. q. j. Nolo. ꝛ ca. Nõ dicatis. Cõcor. Pet. in direc. lib. j. ti. xv. §. lxxx. ¶ De sacerdotib⁹ vero nõ curatis addit Archi. Tales non hñt ptãtem absoluẽdi vel ligãdi vel predicãdi. Aut alia que ad curam animarum spectant faciendi: nisi fuerint electi a populo ꝛ instituti ab epo.

21 ¶ Nunq̃d religiosus nõ habilitat⁹ ad audiẽdas cõfessiones ab epo cũ cõsensu sui prelati possit audire et absoluere illũ qui h3 bullã vt possit sibi

eligere cōfessorē sacerdotē secularē vel religiosum: q̄ eū in cōfessione audiat ⁊ absoluat dicēdo ꝙ aut cōcedit hoc generaliter. Aliquē religosū nō nominādo: aut pticulariter nominādo.

¶ Primo casu eligi nō poterit religiosus al's nō habilitatus ad cōfessiones audiendas. ar. de iudeis. Quod sit laudabile. Quamuis si talis religiosus predictum audiat et absoluat confessio huiusmodi nō sit iteranda necessario.

¶ Scđo casu. Dicendū ꝙ talis eligere pōt religiosum nominatū qui in confessione audiat eū ⁊ absoluat. Q: sic presumit electa industria psone ſm Pet. de pal. in. iiij. di. xvij. q. iiij.

22 ¶ Quero quō fratres predicatores et minores possint audire cōfessiōes seculariū per sonaruz? Respon. Aut frēs ad hoc electi ⁊ presentati prelatis eccl'iaꝝ ſm formā Cle. Dudū. §. Statuim⁹. de sepul. admittunt ⁊ licentiam ab eisdē hñt: ⁊ possunt audire et absoluere. Aut absolute repelluntur a dictis prelatis: nec ex eis licentiam exhibere volunt: ⁊ libere ac licite pñt cōfessiones audire et absoluere ap'lica auctoritate. eo. §. ꝑ. Nos ex nūc. Aut predicti prelati eis licentiā exhibent sine predicta solennitate seu forma cle. ⁊ etiam possunt sic cōfessiones audire et absoluere ſm directoriū. lib. j. ti. xv.

23 ¶ Sed nunquid si prelati ecclesiarum in prima oblatiōe respōdeāt prouincialib⁹ prioribus: et ministris seu missis ab eis. non eligatis neq̄ pñtetis aliquos q: nō admittemus eos. possunt electi a prioribus ⁊ ministris sine alia p̄sentatōe auctoritate pape confessiones audire? Rñ. ſm directoria vbi supra. Sic. Q: in his que certa sunt non est locus coniecturis. Argu. in cle. quāuis. de appel. Nec refert an prius vel posterius hoc denegent.

24 ¶ Quid si prelat⁹ expresse nō recusat dare fratrib⁹ hāc licentiā: sed nō dat vel negligit? Rñ. glo. ⁊ imo. in eo. §. Statuimus. videt ꝙ post trinā requisitionem succedat priuilegium huius constitutionis: ac si expresse recusaret. ar. capitulo. j. de supplē. neglig. prela. ⁊ de appel. ca. Ab eo. lib. vj.

25 ¶ Quid si haberi nō potest copia prelati vel est excōicat⁹ vl' suspēsus a iurisditione? Rñ. Imola ſm Pau. In primo casu peti debet licētia a suo vicario in spiritualibus: si eū habet. de tempori. ord. Cū nullus. in. vj. Si vicariū nō habet malitiose facit: ⁊ videtur succedere priuilegiū huius cōstitutionis: licet sit tuti⁹ petere a Papa vel su-

periore epi.ix.q.iij. Cum sim⁹. vel sufficit reqrere presentiam prelati in loco debito ꝛ ꝓtestati. Ar. eorum que not. de elec. in capitulo cupiẽtes.§. Quod si partes viginti.in.vj.

¶In secundo casu quando est excõicatus vel suspẽsus debet adiri ille q̃ habet supplere negligentiã. prelati ꝛ defectũ. de cõcessio.preb. qꝛ diuersitatẽ.

26 ¶An prelati ecclesiarũ possint recusare aliquem fratrem sibi presentatũ ad confessiones audiẽdas ex nulla volũtate et sine causa? Rñ. in eo.§. statuimus.Jmol. ſm Joan.mona.ꝙ non. Nã sequeret iniquitas.s. ꝙ per solam malitiaz persona ydonea ab ho offìcio repelleretur non sine ipsius iniuria. Cõtra id qđ habetur.ff.qui satisda.cogan.l. si vero.§. Qui ꝓ rei qualitate.Ex causa tamen: vt qꝛ non sit ydone⁹: vt in tex. hic patet. Et dicit glo. vñ posset prelat⁹ recusare: alias non nocet recusatio: qꝛ succedit licentia pape per ea q̃ dicuntur in versi.si vero.ſm Jo.mo.

27 ¶Quero de quib⁹ prelatis hic intelligat? Respõ. vt in gl'. super verbo prelatorum. in.§. Statuim⁹ ꝙ de episcopis ꝛ superioribus. Item ſm paulum et Jo. de Jmo. Intelligitur de prelatis q̃ ex priuilegio vel cõsuetudine sunt prelati. de consanguinita.ꝛ affinita.ca. j. Qđ est verum ſm Jo.mo. Quando tales habẽt iurisditionẽ quasi episcopalem in loco. Et nulli subsunt diocesano de quibus in ca. Abbates.de priuil.in.vj. Et quo ad loca taliũ non sufficeret licentia diocesani per qđ in tex.habet vbi datur licẽtia ꝙ audiãt ꝯfessiões subditoꝝ suorũ. Et sede vacã. ſm do. Card. ꝛ Jmo.hanc licentiã dabat capitulum dictis fratribus.

28 ¶An dicti fratres in cõfessionib⁹ audiẽdis habeãt facultatẽ ampliorẽ q̃ȝ curati? Dicẽdum ſm Guiliel. ꝛ Jmolam in dicto.§.Statuim⁹. ꝙ sic in aliquo: vt qꝛ curati non pñt audire nisi parrochianos suos tãtũ: alios nõ sine licẽtia vel epĩ vel curatoꝝ illoꝝ. Fratres aũt possunt audire oẽs de diocesi seu prelato loci subiectos. Jntanta ꝙ siue concedant prelati locorũ licentiã siue nõ. Jsta cõstitutio est fratribus loco cõcessionis: ꝛ vim debere dicit totuz papale qđ hic disponitur.

¶Et sic vr̃ ꝙ possint exemptos absoluere: ꝛ ꝑ cõsequẽs scholares religiosos: exẽptos q̃ sũt in studio de licẽtia suoꝝ ꝑlatorũ: si volũt eis ꝯfiteri. Et ẽt religiosos absentes a suis prelatis: ꝛ prelatus exẽptos q̃ immediate subsunt pape. capit. Ne prodilatione.de peni.ꝛ remis.

¶ In aliquo tñ fratres minus possunt q̄ꝫ curati qui subditos suos possunt audire infra diocesim ⁊ extra. Sed fratres presentati ſm formā dicte clemen. non possunt subditos prelato rum audire nisi intra diocesim vel locū. Tñ vt dicit glo. in ver bo Auditur eñ. Si aliqs confi tetur fratribus bona fide extra diocesim credēs fratres habere hāc potestatē tutus erit quo ad deū. de elec. c. dudū. quāuis nō sit vere absolutꝰ ex vi talis absolutionis. per tex. huiꝰ clemen. vt dicunt Guiliel. ⁊ Pau. Sed tutus nō esset quo ad deū si sciret fratres hāc potestatem non habere. Paulus tñ dicit ꝙ prelati dare possunt hāc licentiam fratribꝰ: vt subditos suos audiāt extra diocesim: qꝛ est vo luntarie iurisditionis. vt nota tur de offi. lega. in. c. nouit.

¶ Secūdo curati plus habent potestatis: qꝛ possunt cōmittere alijs vt audiant suos parro chianos ſm. d. card. ꝙ fratres nequeūt: cū nō sint neqꝫ ordinarij: neqꝫ delegati: sed nudi ministri. Unde nec in eis cadit aliqua prelatio: ⁊ ꝑ consequēs nec aliqua subiectio ex parte confitentium.

26 ¶ Quid si fratres nō habēt locum in ciuitate vel diocesi illius episcopi a quo licentiā au diēdi confessiones petunt: sed habent ibi in vicino? Respō. vt dicit glo. in. d. §. Statuimus. su per verbo non habent. dato ꝙ fratres non habeāt locū mutine poterūt tñ prelati dictorum ordinū licentiā hanc petere ab episcopo mutinēsi ⁊ ꝑ ipsa diocesi electionē facere fratrū qui fessiones hominū dicte diocesis audiant: vt hic in tex.

30 ¶ Nunquid prelati ecclesiarum possunt reuocare licen tiam fratribus datam ꝙ audire possint confessiones? Dicen dum ſm glos. in verbo excesserint. in eo. §. statuimus. Nō sine iusta causa. de regu. iuris. Quod semel. in. vj Quādo ex priuilegio clemētis qrti. Fratres habēt ꝙ hec cōcessio morte concedentis non expirat sed durat post mortem prelatoruꝫ donec ecclesijs prouisum fuerit de pastore. idem Imo. ⁊ Jo. de ligna.

¶ An poterit parrochianꝰ con fiteri predictis fratribus nō pe tita licētia a proprio sacerdote? Rñ. ſm glo. in verbo libere sic vt indicat verbū libere hic positū. facit quod habeť de pre ben. licet eṗs. Et hoc est tenen dum licet contrariū dicat Jo. mo. ſm Jo. de imol.

31 ¶ Utrū cōfessi fratribus teneātur saltē semel in anno cōfi teri suis curatis? Respō. ſm. d. Abba. Siculū in ca. oīs. de pe.

e re. Dic sm Jo. and. q confessi fratribus predicatoribus: minoribus: carmelitis: et heremitanis: non tenent ad hoc: quia sunt specifice priuilegiati i hoc per extrauagantem. Joan. xxij. Uas electionis. Si autem sunt fratres alterius religionis bene tenentur eis confessi iterato cōfiteri curatis suis. Qd est verum etiā si ab eisdem habeāt rite generalem licentiam: vt possint sibi eligere confessorem: vt dicit glo. hic et Host. qr interest ppriij sacerdotis audire semel in anno confessionem subditorum. Cum habeat eis eucharistiam ministrare: et als non possit exequi penā. c. huius. s. arcere ab ingressu ecclie nō cōfitētē. Idē tenet do. Anto. de but. in. c. ōis. et gl. Pau. et Jo. de lig. Stephanus et Guil. in clemen. Dudum. §. statuimus preallega.

52 ¶ Utrū dicenti se confessum predictoꝝ ordinū Fratrib⁹: teneat ꝓprius sacerdos eucharistiam indistincte ministrare? Rn. sm Ricard. in. iiij. dist. xvij. arti. iij. q. ij. et Sco. in ea. distin. aut sacerdos habet probabilia indicia q ille verum non dicat: aut non habet.

¶ Primo casu nō tenetur sacerdos: vt cum subdit⁹ erat excōicat⁹ nisi faciat fidē q est ꝯfessus illi qui poterat eum absoluere.

¶ Scdo casu tenet ministrare eo q hoc qd sit vere penitens et vere ꝯfessus: nō cadunt sub probatione cū dependeant ab eius subditi voluntate: et ideo debet eū reputare idoneū ad suscipiēdū eucharistiam si affirmat se istis vere confessum.

53 ¶ Quā ptātem habēt dicti fratres absoluēdi in foro penitentiali? Dicendū sm Jo. de ligna. in. c. ois. de peni. et re. q per dictā cle. Dudū absoluere possunt ab oibus casibus exceptis precise que in Jure seruant episcopis. vn pūt absoluere a casibus quos epi sibi reseruant per statuta synodalia: vel prouincialia: vel ex consuetudine sue diocesis: etiā si episcopi dictos casus nō cōcedāt. Qd pbat sic dicta clemē. statuit. q dicti fratres non possunt absoluere nisi a casibus in quib⁹ possunt curati absoluere: qui eis permittuntur a iure nisi ipsi episcopi vellent plus conferre eis. Sed vt Guil. durā. dicit q non obstāte q docto. ponant multos casus epis reseruatos. Curati nō pūt ab oib⁹ occultis que in iure nō sunt episcopis reseruata. Et q̄ nō sunt ipsis sacerdotibus directe vel per aliquā ꝯnam inter dicta. Licet ergo epi possint reseruare certos casus qui de iure cōpetūt inferioribus: hoc tn̄ nō possunt nisi in duobus casibus.

¶ Primo cū aliqui fuerint legi

time deprehensi q̄ merito fuerint tali potestate priuandi.

¶Scđo indirecte p aliquā ꝯſequētiā: vt culami qs casus euenerit. In quo ad vtilitatē cōem expediat qđ talem casum retineat: ⁊ aliter non. xj. q. j. peruenit. Nō aūt expedit vtilitati cōi reseruari tot casus: q̄a hoc est ponere laqueos in viā salutis. Sed si dixeris epos oino sibi posse casus plures rōnabiliter reseruare? Rñ. verū quo ad sacerdotes parrochiales cū sint de foro epoꝝ: ⁊ eoꝝ ꝯstitutionibus subiecti: nō aūt quo ad fratres p̄dictos q̄ exēpti sunt: nec eoꝝ ordinationib⁹ subiecti: vt de exces. prela. c. nimis praua. Cū igit̄ nō possint dicti fratres absoluere a casib⁹ epis reseruatis in iure: vt d̄r in cle. dudū. §. statuimus. Ergo pn̄t ab oibus aliis: q̄ vel cōsuetudine loci vel synodale cōstitutione epis reseruant̄: q̄r vnū negādo aliud tacēdo ꝯcessit. dist. xxv. Qualis. Nec pn̄t p̄lati dictā cōcessionē reuocare vel defalcare: nec directe negādo licentiā audiēdi: q̄r nihilomin⁹ habēt p cle. dudum. §. statuimus. ver. nos ex nunc. Nec indirecte prohibēdo parrochianos ne ꝯfiteant̄ eis: extra de priuile. c. quanto. Nec per retentionē multoꝝ casuum q̄r fieret in fraudē legis qđ fieri nō debet. hec Jo. de ligna. cū quo cōcordat Guil. durā. in repertorio suo. ⁊ Jo. mona. in c. cle. ⁊ Pet. in directorio. lib. j. ti. xv. §. lxxix. vbi distinguit de casibus per statuta synodalia vel prouincialia reseruatis: q̄r aut illis nō est annexa aliqua cēsura excōicatiōis vel suspēsionis: ⁊ fratres pn̄t absoluere. Aut est eis annexa ⁊ nō pn̄t: q̄r tūc absoluēdo nō prestita sibi ptāte a prelatis essent excōicati. in cle. religiosi. de priui. et do. Abb. in c. sup specula. ne cleri. vel mona. dicit. Nec faciūt ad q̄stionē quā posuit gl. in cle. dudū. de sepul. in verbo cōfessionē. vbi datur ptās fratrib⁹ predicatorib⁹ ⁊ minorib⁹ absoluēdi. Ita q̄ nō habeāt ampliorē ptātē quā curatis parrochialib⁹ sit a iure cōcessa: vbi glo. querit: an epo restringēte ptātē parrochialiū in aliquib⁹ q̄ sibi reseruat: videatur p cōsequētiā restricta ptās fratrū? Et determinās ibi glos. q̄ sic. Sed certe poti⁹ tenerē oppositū p verba cle. q̄ dat ptātez fratrib⁹ tāta quāta a iure concessa est curatis sacerdotibus. Unī pondera verbū a iure ⁊ tp̄s cōcessionis. Uenīūt ergo oēs casus preter illos quos ius specialiter reseruauit epis. Papa aūt non habuit ibi respectū ad cōstitutionē epoꝝ q̄ variantur fm loca ⁊ tēpora: ⁊ in facto consistunt. arg. de consti. c. j. lib. vj.

hec abbas.
34 ¶ Quãuis videatur posse teneri opi. Jo. de ligna. & eũ sequẽtium quo ad reseruationem casuum epalium respectu fratrum. Tamen quia gl in. d. cle. dudũ. Car. Pau. laudunẽsis. Stephanus & zenzelinus dicunt ꝙ immo reseruatio casuum a prelatis indicatis fratribus: id est ꝙ non possunt absoluere fratres a predictis reseruatis. Ideo ad oẽm ambiguitatẽ tollendã tutius est vt a prelatis petamus autoritatẽ casuũ suoꝝ quos sibi volũt reseruari: & quos volũt nobis cõcedere. Jn qua re attẽdenda est doctrina Jo. an. quã ponit in glossa sua. in. c. ij. extra de offi. vica. dicẽs: si episcopus facit vicariũ: & aliquid exprimit de his q̃ requirũt spãle mandatum cum clausula generali: et oia alia que per nos possum⁹. Tunc in foro cõtentioso q̃stum est de virtute vboꝝ etiã spãlia videt̃ cõcessisse: in foro aũt conscientie: licet de specialib⁹ nihil explicet: si tamen alias constat de intentione concedentis ꝙ intendat etiam reseruata concedere in generali concessione. Jlla collata esse: satis intelligi possunt. xxij q. j. humane. concor. Monal. in summa. vnde videt̃ pro hoc qḋ do. Domi. de sancto gemi. dicit in. c. licet. in fi. de offi. vica. lib. vj. vbi ait, Si episcopus concedit vicario suo ꝙ possit oia que ipse põt aliquo speciali excepto oia poterit illo particulari excepto. Nam excipiendo a gñali commissione vnũ de his qui requirũt spãle mandatum videtur cõcessisse alia que requirunt speciale mandatum.

35 ¶ Sed qui sunt casus qui de iure epo reseruant̃? Rñ. Diuersi diuersa dixere. nam Hostien. de peni. & remis. ponit aliquos. Guil. du. aliquos in suo repertorio: summa Pisana in verbo confessor. primo posuit. ix. quatuor de iure & quinq̧ de consuetudine. Quos declarauit Benedictus vndecimus in extraua. que incipit inter cunctas: quam quidã extrauagantem cum do. Car. Pau. & alij doct. in cle. dudũ. §. statuimus. de sepul. dicũt simpliciter esse reuocatã. Nullo modo vim tutã tali declarationi inherere. Unde remittũt ad Host. vbi. s. §. cui confitendũ. et ad glo. Jo. an. in. c. si eps. de pe. & re. lib. vj. vbi dicit ꝙ casus de iure episcopo reseruati sunt.

¶ Primo maior excõicatio. de sen. excom. nuper. ¶ Scḋo imponere penitentias blasphematorib⁹ dei & sanctorũ. de maledic. c. ij. ¶ Tertio sortilegiũ. de sorti. c. ij. ¶ Quarto penitentia eorũ qui clandestine matrimonia cõtrahunt vel cõtra ecclesie interdictũ. de matri. con. contra

ecclesie interdictū.c.j.&.vj.
¶ Quinto solēt de consue.reseruari episcopo pnie oim publicorū enormiū criminū: vt oppressio filio℞ ex proposito vel casu. de quo in.c. consuluisti.ij.qō.v. homicidij: falsi testimonij vel falsi instrumēti: periurij: incestꝰ corruptionis monialiū: coeuntis cum brutis. Et his silia. Ad hoc.l.d.c. miror.et.c. in capite. xxxiij.q.ij.quicūq₃. Item cōmutatio votorū de voto.c.j. Et dispensatio incerto℞.de iudeis.c. cum sit.hec Jo.and.in.d.gl.ho. vbi.S.addit peccatū cōtra naturam. Jmo.in cle.ij.de pe.& re.addit qō relaxatio vel cōmutatio pnie p sacerdotē impositę: si per eūdē non fiat per epm fieri d₃. xxj.di. Inferio.ꝗ tñ cū causa fieri d₃ ẜm Uincē.prout no.archi. in.c.fi.de pe.& re.in vj.ẜm lapū.
36 ¶ Dispēsatio incerto℞ qño itelligat esse casus episcopalis? Dicēdum est ẜm Jo.de ana.in c.cū. sit.de iude. Aut loquimur de restitutione incertoru₃ factē da'in vita debitoris. Aut post mortē. Primo casu ipsemet potest eam pauperibꝰ erogare: vt sic liberetur autoritate Augu. Nō remittit pctm nisi restituat ablatū seu alienum.xiiij.q.vj.si res. Cōsultius tñ esset hec fieri ꝓuidētia epi vel saltē simplicis sacerdotis.arg.c.cū sit.de iude.
¶ Secundo casu distingue: aut testator designauit certā personam per quā distribui debeant incerta aut nō. Primo casu: eps non d₃ se intromittere: qꝛ vt dicit Bal.in.l.nulli.C.de epi.& cle. Executor datus ad restituendū male ablata ꝓfert epo ꝓ generalitatem.d.l.nulli.nisi obstet synodalis constitutio vel fraudis suspitio: quo casu posset episcopus mandare: ne talis distributio fiat sine eiꝰ ꝯscia.nō tñ vt dicit Pet.de anch.manu sua cum tex.in.d.c.cum sit.de iude.dicat Dyocesani prouidētia & nō manu. Interest aūt epi sic principalis heredis vł executoris: vt volūtas testatoris adimpleatur. vñ dicunt isti tres interesse: v'' l. de vnoquoq₃.ff.de iudi.cum si. Addit tñ Pe.de anch. Hodie varietatis moribꝰ & fide non minus laici habent suspectos epos ꝙ ecōtra. Uidentes eos in erogatiōe incerto℞ nō seruare formā d.l.nulli.que vult epos pecuniā suscipere & numerū personarū inter quas erogādum est manifestare: vt pia voluntas testatoris per oia adimpleat. Si scdo casu cū sc₃ testator non designauit certā personā per quā incerta distribui debeāt: tunc eps potest se intromittere tenendo qō delegatū factū ꝓ male ablatis incertis: dicat legatū factu₃ ad pias causas: vt tenet Bar.in.l. j.in.viij.col.in ꝑsi. Tertio ꝗro,

C. de sacrosan. eccle. Bal. i auth. similiter in principio. C. ad legē falcidā. & ƀm hūc modū intellige. Hostien. q̄ dicit ꝙ dispensatio incertorū est casus ep̄alis. Cū quo cōcordat Jo. and. in. c. si ep̄s. de peni. & re. libr. vj. & Jo. mona. in cle. dudum. §. statuimus ad finē. de sepul. & Federi. de senis. in suo cōsili. xxxij. Quibus contradicit Archidiaco. in ca. ij. de testa. libro. vj. & Joan. and. in eo. c. i nouella. Ubi dicit ꝙ hec opinio Archid. & etiā opinio host. habēt in se equitatē. Et ibidē Do. de sancto gemini. dicit opinionem Archi. verā de iure. Sed opin. Hostiē. de equitate. sed Pau. subdistincte tenet opinio. Archi. in di. clemē. dudū. Idē Ricar. & Sco. i. iiij. dist. xv. Qui tñ loquuntur qñ restitutio est in vita facienda debitoris. Dicit eñ Sco. Quis necessario sit determinatus dispensator incertoꝝ: non inueni aliquo iure scripto & lucri. Unde debitor per seipsum consilio boni viri debet pauperibus distribuere. Ricard. vero dicit auctoritate diocesani fieri debet i loco vbi sic est cōsuetū. aľs nō: qꝛ nō interdicit per ius scriptū: quietiā ipse debitor per seipsum cū cōsilio bonoꝝ viroꝝ incerta distribuat. Idē Pe. casuelus i directorio. ti. j. ti. xxvij. & Astensis in sum. lib. iij. tit. iij. Tandem residet cū opi. Archi.

37 ¶ Nunq̄d ep̄s vel ali⁹ penitentiarius possit se cōponere ꝓ minore q̄titate incertorum q̄s debitor vel eius heres teneat? Rñ. ƀm Jo. de imo. in cle. Abusionib⁹. de pe. & re. Distinguo: aut talis habet vñ restituat sine sui maxia indigentia: aut nō Sed oporteret eū mendicare. ¶ Primo casu ƀm Pau. nō pōt qꝛ talis receptio pecunie debet fieri noīe pauperum & in eorū vtilitatē conuerti: & ideo recipiens q̄cūq; sit ille non poterat pro minori q̄titate trāsigere: vt. c. fi. de offi. vica. lib. vj. Saluo nisi sup hoc esset priuilegiatus a papa: vt Paulus dicit. Ex q̄b⁹ notat cōtra ep̄os cōponētes cū heredib⁹ vsurarioꝝ super vsuris & male ablatis: qꝛ nō videtur aliquid valere talis cōpositio quantū ad deum his quib⁹ fit dicta remissio. Ad q̄d facit dicta regula peccatū. lib. vj. & c. si. res. xiiij. q. vj.

¶ Scđo casu rōnabiliter potest fieri cōpositio ꝓ minori quātitate: qñ debitor sine notabili detrimēto sui & familie sue restituere oīa nō valeret. Quo casu pauperi pro minori quātitate remissio fieri pōt. Ut si ducentum debeat. Cētū tñmodo reddat. Ita tñ ꝙ ille sine vllū dissimulatione paratus sit totum quod potest erogare.

38 ¶ Que dicantur esse incerta. Et qbus in rebus aut locis ea distribui oporteat? Respon. Dic quo ad primũ: fm Joã. de ana. ⁊ doc. in. c. cum sit. de iude. Incerta sunt que quis restituere tenetur: ⁊ personis nõ certis: sed pauperibus eo ꝙ dñi rerũ ⁊ eoꝝ heredes ignorantur vel trãseat in his dñiũ in debitorẽ: sicut est lucrum meretricũ hystrionum. Uel plus rem vendẽdo. Aut rem nimis emẽdo: vel iustum vendẽdo testimonium: ⁊ hmõi: siue non transeat dominium: vt in furto: rapina et vsura. In qua dñium nõ trãsit fm Joan. calde. Aut quesitum sit dolo vel inuentum qđ ꝓ derelicto non habeatur. Uel corrupta iustitia receptum a iudice. Uel habito propter falsum testimonium ⁊ huiusmodi.

¶ Quo ad secũdum. Dic ꝙ vel in alimonias pauperum vel in redẽptionẽ captiuorũ et hmõi. c. cũ tu. de vsuris. Et quidẽ in his sunt distribuenda locis: in quibus tota loci cõitas vel maior ps ꝓbabiliter apparet dãnificata: sicut cõtingit in saccomãno ciuitatis. Ul' in his q̃ maximã quantitatem monete argẽtee vel auree grauioris ꝑonderis vel maioris eligentes fudissent vel rotũdassent. Quib⁹ casib⁹ cõitas ciuitatis: tũc gerit vicẽ quasi vnius ⁊ certe persone: cui est restituẽdũ fm sctm̃ Bernardi. In tractatu suaꝝ restitutionũ. Si vero sint particulares persone spoliate et pauce respectu totius cõitatis: sufficit quocũqꝫ in loco restituant: vt ptꝫ in. d. c. cum tu. de homi. Sicut dignũ. In quibus locis nõ restringũt iura ad certũ locũ: vt dicit Fede. de senis. consilio suo. xxxij. Et tenent Hosti. Pe. de auch. Ant. de bu. ⁊ d. Jo. de ana. in. d. c. cum tu. Et est rõ: qꝛ pauperes sunt vnũ membrũ ecclesie: a cui⁹ vnitate nõ separantur per locoꝝ distinctionẽ.

39 ¶ Nunq̃d religiosi q̃ a prelatis nullã haberẽ ptãtem circa dispensationẽ incertoꝝ possint se de his erogandis intromittere? Rñ. Uidetur ꝙ nõ per tex. in cle. Religiosi. §. quibus. de priuile. vbi dr. Religiosis etiam exẽptis i virtute sancte obediẽtie ⁊ sub interminatione maledictionis eterne: districtius inhibemus: necũ factionibus testamẽtoꝝ interfuerit: vt male ablata incerta sibi vel cõuentibus in alioꝝ preiudiciũ erogari procuret. hec ibi. vbi gl. dupliciter intelligit. ¶ Primo qñ testator volens male ablata aliquibus legare ⁊ per religiosos retrahitur in ꝑiudiciũ illoꝝ. ¶ Secũdo ꝙ retrahẽtes faciũt in ꝑiudicium episcopoꝝ quibus incertoꝝ competit dispẽsatio fm

opi. Hosti. Contra quem facit qd notat Archi. in. c. ij. de test. lib. vj. Cardinalis ñuo sup hũc tex. dicit q prohibetur ne religiosi procurent incerta sibi vel suis cõuentibus erogari retrahẽdo testatores aliter dispositos. sed Pau. dicit quo ad incerta nõ fit preiudicium epis. si per alios fiat erogatio: etiã p religiosos fraude cessante. hic do. Cardina. Ex quib9 claret. ¶ Primo q cle. nõ prohibet religiosos circa dispẽsatione incertorꝝ faciẽdam in vita debitoris in foro penitẽtie: vel al's per viam cõsilij. ¶ Secũdo q licet sibi ꝛ suis conuentibus procurare incerta: qñ testator nondũ disponit de huiusmodi icertis. ¶ Tertio ßm Pau. nõ intelligitur fieri in preiudiciũ epozum si de incertis se intromittant dũmodo non retrahãt testatorem aliter iam dispositum.

¶ De casibus in quibus penitens potest confiteri alteri ꝙ proprio saserdoti. videlz.

40 ¶ Primus quãdo ꝓprius parrochialis est reuelator confessionis ßm Bona. et Tho. in iiij. dist. xvij.

41 ¶ Secũds cũ proprius parrochialis sollicitat ad malum: et mulier timet q iterum eã sollicitabit. aut se fragilem sentit: Ita q probabiliter timet ne loquendo illi sacerdoti instigaretur stimulo cõcupiscẽtie propter recordationem nepharie delectationis: qꝛ sꝫ ꝓpter ignorantiã proprius sacerdos recusari põt. vt infra dicetur. Multo fortius propter malitiã que periculosior est. Debet tamen petere per se vel per aliam licentiam a sacerdote vel a superiore: vt possit alteri confiteri: quo denegante poterit alteri confiteri ßm Ricardum in. iiij. di. xvij. arti. iij. q. vij.

42 ¶ Tertius si penitẽs cõtra personã proprij sacerdotis est machinatus latẽter: hoc illi cõfiteri nõ tenet: ne ad odiũ ꝓuocetur. Ricar. in ea. q. ꝛ Abb. sicu lus i. c. ois. de pe. ꝛ re. dicit. Idẽ si est odiũ inter penitentẽ ꝛ proprium presbyterũ vel parentes presbyteri põt cõfiteri tunc alteri de licẽtia sui presbyteri: quã si petitam malitiose dare recuset. Et hoc dicit glo. ad alium ire poterit. de regula. ca. licet. Sed licentiã istam nõ oportet petere si iste confiteatur religiosis licẽtiatis ad cõfessiones audiendas ßm formã Cle. dudum. de sepul. Cum tales religiosi libere possint audire homines totius diocesis. vt ibi in §. Statuimus. Sicut parrochialis homies sue parrochie. Idẽ si cognata sacerdotis fuit eius adultera: que si confitea-

tur timet scādalizare sacerdotem. quo casu ne confessionem diuidat debet petere licentiam alteri confitendi. Et si eam ab ipso vel superiore obtinere nequeat petere est obtinere. Boñ. in.iiij.di.xxj.adde ꝭm archi. in ca. placuit. de pe. dist. vj. ꝙ in predictis casibus. Si penitens petitam licentiā consequi non potest absqꝫ alio recursu ad superiorem potest alteri confiteri auctoritate.d.c. Placuit.

43 ¶ Quid si in predictis casibus ⁊ similibus nō potest habere alium ꝙ̄ propriū sacerdotem? dicendū ꝙ potest cōfiteri de oibus aliijs subticendo illa: siue peccata siue circunstātias ex quibus verisimiliter periculum vel scandalū imminere possit. Deus enim sic ordinat opera ꝙ nō vult esse causa mali. hec Inno. Hostien. Jo. and. et Anto. de but. in ca. omnis. de peniten. ⁊ remis.

44 ¶ Quartus qñ ꝓprius sacerdos est indiscret⁹ siue ignorans: qꝛ nescit ligare. et soluere ⁊ peccatū mortale ac veniale: vt opꝫ discernere. Quo casu licentiā petere debet penitens: vt supra dictum est: ⁊ petita licentia habet̄ pro obtenta. d.ca. placuit. Ricar. e.ar. iiij. q. j. ⁊ Host. in summa. de.peni. et re. de hac sacerdotis ignorantia dicetur infra. c.iiij. §.xj. ⁊ xij.

45 ¶ Quintus est de trāsferēte vel querente domicilium in alia terra vel parrochia aīo remanēdi seu vbi explicatis sarcinulis suis et conducta domo fit de foro illius curati ꝭm Hostien. in summa de parrochijs. §. omnes intelligant. ⁊ archid. xiij. q. iij. §. quia ergo. Et qui per annū in aliquo loco habitat: licet non aīo ibi remanendi fit de foro illius parrochialis quo ad sacramenta recipiēda. ꝭm Innocē. in.c. omnis. de pent. et re. De hoc dꝛ infra in vj. casu ꝭm do. Abb. Qui vero in diuersis locis vel parrochijs equaliter habitat: potest ab vtrisqꝫ curatis sacramenta accipere pro tpe: quo ibi moratur nisi appareat qđ sit eius principale domicilium. Querens autem domicilium priori suo relicto dum iter agit vel nauigat querens illud: potest vbiqꝫ cōfiteri quousqꝫ alicubi domicilium firmet: cū talis dicatur esse sine domicilio. ff. ad municipales. l. labeo. in principio. Hostien. vbi supra et Ricar. in iiij. distinc. xvij.

46. ¶ Nunqđ peregrinās de licentia proprij sacerdotis possit ab alio sacerdote accipere oīa sacramenta necessaria: ⁊ cōmunicare tempore pasche? Dicēdum ꝙ sic. vnde ⁊ de omnibus peccatis commissis in via: vel

antequã a domo recederet poterit confiteri & absolui a quocunq maluerit sacerdote. Immo & de casibus episcopo reseruatis si cum illius licẽtia discessit ʒm Inno.in.c.omnis.de pe. & remis. Si vero peregrini & negotiatores sine licentia proprij sacerdotis iter arripuerint non possunt penitentiam vel alia sacramenta ecclesiastica accipere ab alio curato nisi constituti in articulo mortis vel nisi moram ibi traxerint per annum: secundum aliquos.

47 ¶ Nunquid peregrinãs de licentia sui parrochialis possit sumere eucharistiam a religiosis: & sufficiat si in die iouis sctã suscipiat sicut in die pasche? Rñdeo ad primũ. Distingue. Aut peregrinãs habet specialem licentiã sumẽdi a religiosis: & potest aut non: & tunc ipsi religiosi ministrãtes eucharistiã excõicati eẽnt & a solo papa vel eius auctoritatẽ habẽte possunt absolui. vt in cle. religiosi. de priuile.

¶ Ad scdm dicas ʒm Abb. sicut in.c.oĩs.de pe. & re. q sumere eucharistiaʒ in pascha potest duobus modis intelligi. Primo pro solennitate paschali. Et tunc satis est recipere in die iouis sancta maxime habendo respectũ q illa die fuit institutũ hoc sacramentũ corporis xpi. Sed qz ecclesia tũc occupatꝰ in alijs officijs non põt tunc facere solennitatẽ de corpore xpi: sed differt post octauã penthecostes vt in cle.si dñm.de reli.& ve.sancto. ¶ Scdo põt intelligi in pascha in die resurrectionis. Et tunc opꝫ de necessitate sumere illa die. Et pro hoc: qz appellat pascha.ar.§.quoties.inst.de iure.iu.cõcludo q recipere in die resurrectionis cautũ est ad euitãdũ opiniões & satisfaciẽdũ huic canoni. Pro quo adduco tex.in c.& si iudeos.de iud. vbi tex.loquitur proprie de die resurrectionis. Tñ puto satisfactũ cõstitutioni si recipiatur in die iouis sctã: qz vt dixi habet respectus ad solẽnitatẽ paschalem: & tũc fuit institutum. h.d. Abb. et pro hac opinione emanauit declaratoria q̃dam Eugenij quarti que incipit dilecte fili.

48 ¶ Sextus casus est de vagabundis: vt sunt stipendiarij: mercennarij: mercatores nusq̃ habẽtes domiciliũ: sed nundinas semp seq̃ntes: qui cuilibet curato cõfiteri pñt aut religioso licẽtiato ad confessiones audiẽdas ʒm quod habes.s.in.§. xvj. huius ca.do.tñ archiepiscopus flor.in p̃ma parte sui interrogatorij dicit q talis põt cõfiteri etiã nõ curato: quia nulli subditus submittit se ei cui vult. Et oĩs sacerdos cũ in sua ordinatione acceperit potestatem &

iurisdictionē in habitu subditos habet eos qui submittunt se ei. Adde qđ dicit do. Abb. sicu. in c. omnis. de pe. ꝛ re. vbi ait. Sꝫ quero quis dicat ꝓprius sacerdos mercennariorum stipēdiariorū: et scholariū ac similiū: cū isti non habeant in loco domicilium? Rñ. quidam dicūt vt refert Innocē. ꝙ ille dr proprius sacerdos in cuius parrochia habitauerunt per annum. vt. xvj. q. j. Quesiti. Alij dicūt ꝙ idē si non p annū. Alij dicūtꝙ debet habere licentiā a ꝓprio sacerdote. Illa opinio mihi plus placet: ꝛ videtur magis cōis ꝙ ille dicitur ꝓprius sacerdos in cuius parrochia habitat de pñti: nec potest cōmode adire ꝓpriū sacerdotē. ar. in. c. fi. de parro. ꝛ tenet glo. in cle. j. de priuile. in verbo parrochialis.

¶ De scholaribus distingue: qꝛ si sunt clerici licet per annum incolant in loco studij: nec recesserint cum licentia prelatorū suorū etiam si per triginta annos locū studij incolerēt: nō possunt ibi confiteri ꝫm Hostiē. in summa. titu. de parrochijs §. quis intelligatur. ꝛ no. archid. xiij. q. ij. §. quia ergo. in fi.

49 ¶ Septimus casus est cum quis ratiōe delicti efficitur subditus eius in cuius parrochia deliquit. de rap. c. j. vj. q. iij. placuit. Sed hoc intellige ꝫm Ricar. in. iiij. dist. xviij. ar. ix. qō. v. Si ab hoīe sit excōmunicatus puta propter furtum et hmōi. Secus si incurrit excōmunicationem iuris cōis vł synodalis statuti aut ꝓuincialis: quia talis in foro conscientie absolui potest a suo episcopo vel ei9 autoritatem habēte sicut a peccatis extra diocesim commissis. Quod etiam tenet do. Abb. ꝫm Lauduñ. in clemen. dudum. de sepultu. Mattheus ꝛ Joan. de imo. ꝛ directorium lib. j. titu. de pe. ꝛ re. §. xcix. ꝫm archi. in. c. ij. de cōsti. li. vj. Et gl. in. c. j. xvi. q. j. qđ oīno tenēdū videtur: quicquid in contrarium dicat Joā. and. in. c. excōicatis. de offi. leg.

50 ¶ Nota tñ ꝙ delinquens cōtra formā statuti synodalis infra diocesim: sed in monasterio exempto non ligatur excommunicatione statuti synodalis infra diocesim: ꝫm Joan. de ligna. in tractatu de ecclesiastico interdicto per ca. vt animaruꝫ. de constitu. lib. vj. ꝛ per ca. luminoso. xviij. q. ij. vbi dicit ꝙ episcopus non debet exercere aliquid sue potestatis i monasterio. vbi glo. dicit loquitur de exemptis. idem tenuerūt Joan. and. Car. ꝛ Joā. calde. disputando. Item si subditus extra territoriū diocesis delinquat contra formam statuti episcopi sui infligentis excommunicationem non inci-

dit eam: vt in dicto capitulo vt animarum.

51 ¶ Octauus casus ratione necessitatis: quia absoluendus est in mortis articulo constitutus: quo casu quilibet sacerdos ab ecclesia non precisus autoritate iuris fit proprius. Et absoluere potest ab omni casu reseruato. de offi. ordi. c. pastoralis. §. preterea: & in glossa ibi in verbo in mortis. sed Innocentius tenet q simplex sacerdos absoluere possit in articulo mortis a casibus reseruatis: quando episcopi copia tunc haberi non possit: qr si haberi pōt: primo ipē est requirendus vt talem absoluat.

52 ¶ Sed dubitat quō accipiēdus sit mortis articulus? Respōdeo fm glo. in. d. §. preterea. & Joā. de imo. ibidē multipliciter accipi potest. Primo si quis actu moriturus sit ex egritudine vel vulnere. ¶ Secundo si mare ingredi debeat. ¶ Tertio si obsessus sit in loco in quo machinis & balistis expugnatur. ¶ Quarto si bellum campestre intrare debeat. ¶ Quinto si mulier est paritura: vt addit Jo. de Imo. ¶ Quantum ad secūdum casum dicit glos. hoc non intelligas articulum mortis quādo quis intrat mare: sed tunc cum iminet naufragiū vel periculū. ¶ Quantum ad tertium dicit Joā. de Imo. distingue: quia si loc⁹ machinis est obsessus: tūc commune est periculum: quia super quemlibet lap's venire posset: vnde quilibet ab omni casu res. ruato. potest absolui. Si autem balistis & alijs armis periculosis obsidentur tunc solum ad pugnantes dicitur iminere periculum mortis: quia si expectaretur vulnus forte daretur vulnus cū morte: ideoq3 tale bellum aggressuri possunt absolui: sed non alij qui nō pugnant: vt vult Host. Et verum circa illos q iuste se defendunt secus si iniuste: qr cum sint continue i pctō absolui nō possunt de pe. & re. Quod quidā: et hoc verum fm Hostiē nisi tales peniteant: & non possint secure exire: quia poterūt absolui ex quo imminet periculum: dummodo taliter faciant qd non possit sibi imputari.

¶ Quātū ad qrtū intelligit gl. Host. & Jo. de imo. cū qs intrare debet bellū cāpestre cōtra sarracenos vel al's iustū: & manifeste appareat periculū mortis.

¶ Quantum ad quintum dicit Joā. de imo. fm Hosti. videtur distiguēdū: quia si mulier paritura sit & corpulentia & multos habuit filios: & de facili consueuit parere non possit absolui a casu reseruato. Secus si nunq3 peperit: & multum timeat partum: et forte debilis est: vel als

consueuit esse in periculo mor= tis in alio partu: subdit Hostiē. tamen quia experientia docet etiam multas abundantes in prole interdum in partu dece= dere ptum esset simpliciter dice re mulierem in partu constitu= tam absolui posse a reseruatis: maxime quia ipsa ꝛ omnes su= pradicti si periculum euaserint ꝛ se ꝙ primum commode pote= runt non presentauerint supe= riorie quo fuerant absoluendi ab excommunicatione vel se re= presentantes ſm mandatū sibi iniunctum nō satisfecerint rein cidunt in eandem seu similem excommunicationis sententiā: a qua fuerāt absoluti in articu= lo mortis. vt in. c. eos. de sen. ex= commu. lib. vj.

¶ Adde sextū casum in quo q̄s absolui pōt ab alio ꝙ a superio re a quo fuerat absoluendus. Nec est remittēdus aliqñ ad eū cū quis videlicet habet impedi mētū perpetue egritudinis. vñ nec tunc vēdicat sibi locū ptedi= ctum cap. eos. vt dicit Archi.

53 ¶ Sed nunquid confessi lai= co in articulo mortis quod fieri potest deficiente sacerdote. de pe. dist. vj. Qui vult teneantur eadem peccata numero confite ri sacerdoti habita eius copia si pericula euaserint? Rñ. scdm Tho. in. iiij. dist. xvij. Dic ꝙ sic. Cuius ratio esse potest: quia vt dicit glo. in. c. pastoralis. §. pre. terea. in verbo mortis. de offi ordi. Absoluere non potest vel ligare q̇ nō habet claues que so li sacerdoti date sunt. de pe. di. j. Uerbum dei. ꝛ ca. Quem peni tet. ꝛ. d. c. qui vult. vnde cum ta lis penitens non fuerit absolu= tus a peccatis: debet ille denuo cōfiteri ei qui possit eum absol= uere. Laico tamen confiteri sa= cerdote deficiente non est neces sarium. vt dicit Ricar. in. iiij. di. xvij. art. ij. q. j. vbi ait. Cū confes sio nō solū ordinetur ad taxatio nem emēde immo ad aliquā re laxationē pene virtute clauium ꝛ ad susceptionem gratie: et q nullus habet claues in foro pe= nitentie nisi sacerdos: ideo non est necessarium cōfiteri non sa= cerdoti etiā cum haberi nō po= test sacerdos: vnde qđ dicit ma= gister in litera. dist. xvj. c. ix. Si defuerit sacerdos proximo vel socio faciēda est confessio expo nendum est de congruitate nō de necessitate. hec Ricar. cū quo concordat Scotus eadem dist ꝛ addit forte necessarium est nō cōfiteri laico: quia nulli licet di famare se nec prodere peccatū suū occultum. maxime quando ille non presumitur celator se creti: nec scit melius consulere peccatori ꝙ ipsemet sibi.

54 ¶ Quid si eger in articulo mortis cōstitutus penitētiā pe

tal. et antequã veniat sacerdos obmutescat: vel cõuertatur in frenesim. Nunquid absolui poterit: et et Eucharistiã preberi? Respõ. sic. Si per vnum testem constat illũ antequã obmutesceret: vel conuerteretur in frenesim penitẽtiam petijsse: et de vomitatione Eucharistie periculũ non timeat. vt est tex. in venta glosa. in ca. Is qui infirmitate. xxvj. q. v. Sed tñ nõ per religiosum: sed per sacerdotem secularẽ cõmunicandus est: q2 si sine licẽtia proprij sacerdotis vel epi religiosus euhcaristiaz ministraret etiã i articulo mortis cõstituto excõmunicationẽ incurreret. Cui9 absolutio pape reseruatur: vt in clem. Reli. de priuil. vt ibi dicũt do. Car. et do. Jo de Jmo. licet quidam contra in tali casu necessitatis.

55 ¶ Nonũ casum ponit Host. in summa ti. de pe. et re. §. Cui confitendũ. Si sacerdos non proprius ponit spem in ratihabitione proprij sacerdotis. sed hic casus a do. nõ tenetur. et rationem assignat Pet. de palu. in quarto. dist. xvij. Quia nulla ratihabitio confirmat sacramentũ quod nullũ fuit.

56 ¶ Sed nũquid ratihabitio pape possit validare cõfessionem: et absolutionem factam ante proprio sacerdoti? Respõdeo, dicendum q nonq2 regula iuris est q Ratihabitio retrotrahat: et mandato comparatur: quando solo mãdato a principio res agi potest. in talibus autem locuz non habet qñ scilicet de essentia sacramenti deficit. quia tũc totum iterandum est. De essentia aũt absolutionis est ptãs iurisditionis: quã potestatẽ erga talem non habet ex hoc q ponit spem in ratihabitione. do. Archiepiscopus Flo. in prima parte sui interrogatorij. et ad hoc facit qd Jmola in clemen. Dudum. de sepulturis. in. §. hmõi. dicit secundum. zen. q cõfirmatio priuilegiorum non extenditur ad iam reuocataz: quia quod nullum est confirmari non potest. de fide instrumentorum. capitulo inter dilectos.

57 ¶ Jn predictis casibus excepto casu articulo mortis cõfitens alteri quam proprio sacerdoti debet confiteri sacerdoti habenti executionem clauium id est non excommunicato: vel suspenso: et huiusmodi. Et habilitato ab episcopo ad confessiones audiendas si est sacerdos secularis. et si religiosus etiam licentiato a suo prelato. xcv. distinct. perlectis. Et ibi archi. Jtem duran. pte j. titulo de confessione. quãuis tamen aliqui aliter dicant: sed hoc securius videtur.

58 Sacerdos parrochialis ꝛ religiosus ad audiendas confessiones habilitatus cum de iure potestatē nō habeat absoluēdi a maiori excōmunicatione: vt in.c.Nuper.de sentē.excom. et scire teneat̄ ad q̄ se extēdit potestas sua ꝫ Bona.in.iiij.dist. xvij. Postq̄ nouit penitentem ad suā pertinere iurisditionē. Primo interroget de excōmunicationibus a quibus absoluēdi non habet potestatē. ne frustra laboret: eo q̄ manente excōmunicatione penitentē absoluere non potest a peccatis. ꝫm Ricar.ꝛ Tho.in.iiij.distin. xviij.de quo infra.in.c.iiij.et vt sciat si ad episcopū vel papā remittere debeat ipm penitentē: propterea de excommunicationibus nunc subijcitur.

De excommunicationibus papalibus. lix.

¶ Scđo casu vt si persona penitẽs cognita est ab epõ sufficit dicere: ꝙ cognita est a magno plato: sic em̃ satis apparet genus peccati. Quod si illa descẽdat ad personã epi particulariter increpãda est a cõfessore.

¶ Tertio casu qñ penitẽs suũ peccatũ nõ põt sufficienter explicare sine explicatione persone determinate: vtpote si mulier a viro suo inordinate cognita est: vel soror a germano suo religioso: et hos confessor nouerit: non peccat mulier: si dicat de marito: vel germano pro eo ꝙ non potest aliter confiteri propriam culpã aut eius speciem. Et sic huiusmodi casibus exceptis: nec penitẽs aliena pctã referre debet in cõfessione. Nec confessor sustinere. Alias eius aut nũqꝫ a pctõ detractionis excusari pñt. Cõcordat alex. Lombar. ea. di. ⁊ Alexan. de Ales in. iiij. ⁊ Ricar. ea. di. q̇ ⁊ addit. Si nominatio persone quã facit penitẽs in cõfes-

siõe nõ est necessaria ad expressionẽ quãtitatis pcti penitẽtis. Sed tñ cognita illa a confessore vtile erit ad preseruandũ penitentẽ a recidiuo: qꝛ cõfessor ꝑ cognitionẽ persone: sciet iniungere penitẽti talẽ penitentiam: et tales facere monitiones per quas penitens melius poterit reseruari a recidiuo: tũc bonũ est ꝛ expedit penitentem illam confessori nominare. Similiter si expressio persone non est necessaria ad expressionem quantitatis pcti confitentis: licet sit vtilis ad correctiões illius, de quo penitens confitetur secum peccasse: vel ad preseruationẽ a recidiuo corripiẽdo eum scilicet extra confessionem de quo sibi penitens dicit in confessione: vel loquendo alteri q̃ possit ꝛ velit illi prodesse.

9 ¶ Nunquid dicere cõfessor possit ex hoc q̄ audiuit in confessione tm̃ pctm̃ alterius ꝓcedere ad correccionẽ eius? Rñdeo ꝺm Ricar. in. iiij. d. xvij. arti. iiij. q. ij. Nõ nisi penitens extra cõfessionẽ dixerit: qꝛ hoc esset occasio frãgẽdi sigillũ cõfessionis ꝛ maximum periculũ. vt infra in. c. vij. dicetur. §. xij.

10 ¶ Quinto querat sacerdos a principio de causis ꝓpter q̃s penitẽtis cõfessio precedẽs forte fuit nulla: vt sciat a quo tpe citra ille debeat confiteri: ꝛ ipse de ei⁹ pctis interrogare ne hoc pretermittẽs penitẽs discedat nõ vere cõfessus: vel absolut⁹ ꝛ ipse incassum: ꝛ cũ inertie pctõ laborauerit. Cause autem huiusmodi communiter a doc. in iiij. di. xvij. Quattuor assignantur. Due ex parte confessoris: qui penitentis cõfessionem audit. ¶ Prima: qꝛ nesciuit absoluere cũ esset ydiota. ¶ Secũda qꝛ non potuit absoluere: qꝛ absoluendi auctoritatẽ nõ habebat. ¶ Et due ex ꝑte penitẽtis. ¶ Prima: quia contẽpsit sacerdotis absolutionem. aliqđ vcꝫ mortale pctm̃ in corde scienter retinens. ¶ Scđa qꝛ cõtempsit sacerdotis ligationem: hoc est penitentiam ad quam eum ligauerit facere: ꝛ oblitus est eã. Sed de his clari⁹: ac diffusius dicendum est.

11 ¶ Prima causa est sacerdotis ignorantia de qua Ricar. in iiij. di. xvij. arti. ij. q. vj. dicit. Si scienter cõfessus est ei q̃ ydiota est vel totaliter ignorans nesciẽs ligare vel absoluere. id est nesciens discernere inter mortale vel veniale de cõibus peccatis. Nã qui talẽ scinit: ꝛ aliũ querere neglexit: vere penitẽs nõ fuit. de pe. dist. vj. Qui vult. Et hoc verũ nisi in duobus casibus ꝺm Durã. in summa. tit. de cõfessione. q. xxvj. ¶ Prim⁹ est si penitẽs peritus sit, ꝛ insti-

tuat cōfessorē ydiotā qui in singulis dubijs occurrētibus agere debeat. ¶ Scōs est si aliū habere nō pōt. Et p̄sertim si est in articulo mortis. vnde potest cō fiteri ei quē tūc habere p̄t. Nec ad hos se extēdit autoritas Au. in. d. c. Qui vult: dicentis. Qui vult confiteri peccata sua vt inueniat gratiam querat sacerdotem scientem ligare ꝛ soluere.

12 ¶ Sed quō poterit cognosci confessionem penitētis iam factā propter ignorantiā sacerdotis fuisse irritam? R̄ndeo duob⁹ modis vt aliqui dicunt.

¶ Primo si dictum sacerdotem nouit: ꝛ sciat eius omnimodam imperitiā. ¶ Scdo si illo ignoto in progressu cōfessionis quā audit intelligat ꝙ sacerdos ille nō fecit penitēti cōscientiā de his q̄b⁹ nullaten⁹ licet ignorātiam habere: vtpote de simplici fornicatione: vel annali cōfone: cum ad eam teneretur ꝛ hmōi.

13 ¶ Secunda causa est quādo sacerdos non potuit absoluere ꝛ hec duob⁹ modis: ꝑm Durā. d. q. xxvj. ꝛ Tho. in. iiij. dist. xvij. ꝛ Hostien. in summa. titu. de pe. ¶ Primo si nullam habuit potestatē: eo ꝙ sit intrusus in beneficio. qd videlicet non per canonicam institutionē: sed per potentiā secularem retinet vel manifeste excōmunicat⁹ est. Aut notoue suspensus: quo ad se ꝛ quo ad alios: vt quia notorius fornicator seu concubinarius. c. vestra. ꝛ. c. fin. de coha. cle. et mul. si enim occulte esset excōicatus: nō tenet subditus talem sacerdotem in diuinis euitare vel extra per extrauagātē. Ad euitandum scādala ꝛc. conditam in cōcilio cōstantiensi per Martinū quintū. ꝛ per Eugeniū quartuz confirmatā in cōcilio Basiliēsi. In quo do. Abb. sicculus q̇ in eo interfuit sic de illa meminit in cle. grauis. de sen. excom. dicēs. hodie per extrauagantem. Ad euitandum scandala statutum est vt non teneatur quis alterū vitare in diuinis vel extra pretextu excōmunicationis vel suspensionis: vel interdicti: nisi facta sit per iudicem declaratio: vel nisi cōstiterit quem excōmunicationem incidisse. Ita vt nulla tergiuersatione possit celari. Hec ille. qui tñ scit talem excōicatum vel suspēsum occultum: ꝛ communicat ei in diuinis sacramētis: vt cōfitendo sibi peccat mortaliter si aliū habere potest: cum prestet ei causam mortalis peccati ꝑm aliquos. Nec renuit absolutio si penitēs fuit non subditus sacerdoti: q2 nullam super illum iurisditionem habebat ordinariaz vel delegatam. c. omnis. de peni. ꝛ remis. ¶ Item si confessor nō fuisset sacerdos ordinatus: vel nō bapti-

zatus ꝺm Ricar.in.iiij.di.xvij. art.iij.q.iij. vbi ait. Si penitentis ignorantia in hoc fuit inuincibilis seu probabilis: confessio eius facta isti fuit meritoria: licet nō adeo ac si cōfessus fuisset. Sacerdoti vero: qȝ ex vi clauiū pōt conferre bñficiū qđ ille conferre nequit. ¶ Secūdo modo si habens potestatē habet eā arctatā: qȝ nō potuit absoluere penitentē ab oi peccato cōfesso sibi: qȝ erāt aliqua superiori reseruata sufficit tunc iterare confessionē quo ad illđ: vel illa a quibus cōfessor absoluere non potuit: licet conuenientius fuisset superioris absolutionē precedere: ꝺm Ricar.in.iiij.distinc.xvij. arti.ij.q.viij.

14 ¶ Tertia causa est cū penitens scienter tacuit aliqđ mortale: vel quod dubitat esse mortale: aut circunstātiam necessariā vtpote trahentē in aliā speciem peccati mortalis. exempli grā: si furtum se fecisse confessus est ꝛ pretermisit ꝙ in ecclesia de rebꝰ ecclesie fecisset.

15 ¶ Quarta causa. Qñ penitens iniunctam sibi pniam efficere eā potuisset neglexit: illāqȝ oblitus est: vt ait Ricar in.iiij. dist.xvij.arti.ij.qō.vij. quā si tñ recordaretꝛ sufficeret eā implere maxime si ei terminus illā faciē di prefixus non fuit: vt aliqui dicunt ꝺm Bo.in.iiij.dist.xvij.super literā. in his duobꝰ casibus vltimis si penitens ad eundem cōfessorem reuertitur distinguēdum est: qȝ aut recēter cōfessus est. Aut iam de memoria sunt elapsa ab ipso sacerdote ꝓpter diuturnitatem temporis.

¶ In pmo casu cōfessionē iterare nō tenetꝛ. ¶ In scđo sic qñ.s. p mortalibꝰ peccatis iniūcta fuerat: quia si pro venialibꝰ tantū quis nō tenetur iterare cōfessionē ꝺm Tho.ea.dist.xvij.de confessione tñ iteranda in his duobus. dic vt infra quinta causa.

16 ¶ Sed nunquid penitens teneatur acceptare ꝛ perficere penitentiā sibi a sacerdote pro peccatis iniunctā? Et nunqđ alius sacerdos penitentiam acceptatā possit immutare requirēte hoc penitēte? Respon. Ricar.in.iiij. dist.xvij.art.j.q.v. ¶ Dic ad primum ꝙ sic qñ sacerdos rationabilem ꝛ discretam pniam imponit ei. de quo Aug.lib de peni. Et habetur de pe.dist.v.c.j. vbi de penitente sic dicit. Ponat se omnino ī potestate iudicis. In iudicio sacerdotis: vt oīa eo iubēte paratus sit facere pro recipienda vita anime quecunqȝ faceret pro vitāda corpis morte. Secus aūt si irrationabilem eo ꝙ sacerdos tunc abutitur claue scientie ꝛ potentie. ¶ Ad secundum dic ꝙ si penitēs sentiat penitentiam sibi nimis grauem et

ad obseruãdũ periculosam: sua infirmitate pẽsata potest ad eũdem cõfessorem: vel alium (si illum habere nõ potest) humiliter recurrere: et commutationẽ petere quod confessor concedere debet etiam si alleuiata penitentia quã secundo imponit nõ sufficeret pro emẽda peccati: qz tutius est penitẽtẽ reseruare in purgatorio puniendũ: quam ipsum exponere periculo cadendi in mortale peccatũ propter penitẽtie trãsgressionẽ. si aũt penitentiam iniunctam ex deliberatione et sine legitima causa omittit explere mortaliter peccat.

17 ¶ Quinta causa est si penitens ligatus erat aliqua excommunicatione maiori vel minori et non pmissa eius absolutione fuit absolutus a peccatis: vt supra in hoc. c. In tertia interrogatione pncipali: quã facere dz sacerdos: sed adde sm Pet. de Pal. in. iiij. d. xvij. q. vj. qđ in hoc casu et in alijs in quibus quis tenetur iterare cõfessionem. si penitens confiteat eidẽ: non oportet iterare peccata explicite. sed solum implicite dicendo peccaui in illis que vobis alias dixi: sicut si fuisset nulla de facto. Dilata eñ absolutio per multos dies fieri potest: et si ipse oblitus fuerit peccatorum de quibus ei prius penitẽtiam iniunxerit: qz si non taxasset penitentiam: tũc oportet explicite ad memoriam reducere vt penitentiam iuste moderet. Consilium est ergo vt si cõfessor penitentiã ad episcopum remittit propter casum reseruatum excõicationis: prius ei de peccatis penitentiam imponat: ne forte ex dilata absolutione obliuiscatur peccatorũ: que sibi confessus est. Et tunc reuertenti sufficit si sacerdos volens a peccatis absoluere dicat ei. Facias quod tibi dixi. hec Pet. Sed in his quoqz salubre consilium est: vt confessor hñs episcopi autoritatẽ quo ad cẽsuras lz tunc penitens nulla censura se ligatum confiteat: aut si casum cẽsure explicet: et forte sacerdos ipse illam aut per ignorantiam aut inaduertẽtiã non intelligat absoluat illũ: quantũ sue autoritatis facultas se extendit: prius ab omni excõmunicatione maiori et minori. Demũ a peccatis qm̃ si postea nouerit fuisse tũc ligatum (qđ tamẽ tũc non agnoscebat) vere absolutus erit: sm Ricar. in. iiij. dist. xviij. arti. x. q. j. et melius sm Rodoneñ. quem allegat Asten. in sum. lib. ij. tit. xiiij. licet eñ probabilis ignorãtia excusat a culpa et preseruet a pena irregularitatis excõmunicatũ: nõ tñ facit eum nõ esse excõicatum sm Pet. de pal. vbi. s.

18 ¶ Sexta causa est cum quis cõfessus est nõ contritus: qz nõ

sufficienter dolet de suis pecca-
tis vel non proponit abstinere
ab oibus. In quo varia videtur
doc. opinio. Aliqui enim vt do.
Boñ. in. iiij. dist. xvij. Goff. Ray.
⁊ Host. in summis dicunt nō va
lere confessionem hmōi: ad re=
missionem culpe vel pene: nec
tūc nec fictione recedēte. Aliqui
vt Ricar. in. iiij. dist. xvij. ar. j. q.
viij. dicunt: q᷑ talis non tenetur
eadem numero peccata denuo
confiteri de necessitate. Et si ab-
soluitur: nec ab eo: nec a confes-
sore contemnit sacramentū: vt
mortaliter peccet sicut aliqui di
cunt: quinetiam si talis de pec-
cato suo mortali sit attritus: ita
vt possit probabiliter presume=
re se esse dispositum non peccat
absolutionem recipiendo. Im-
mo frequenter virtute clauium
per susceptionem absolutionis
formatur illa attritio: cum quo
Tho. ⁊ Pet. de Taran. ea. dist.
dicunt q᷑ talis cōfessio valet ad
remissionem culpe: q2 qñ impe-
nitens cōfitet ⁊ absoluitur: licet
tūc nō percipiat fructus cōfessio
nis: tñ recedente fictione perci=
piet: sicut de eo qui ficte accessit
ad baptismum. Et ideo forte q2
sicut in baptismo imprimit ca-
racter ad quem recedēte fictio=
ne sequitur gratia. Ita ⁊ in peni
tētia imprimitur quidam orna-
tus: ad quem recedente fictione
sequitur gratia: quod ⁊ tenet gl.
de pe. dist. j. in. c. Mensuram. et
gratia in seq. §. ibidem.

19 ¶ Ad intelligentiam autem
predictaꝝ opinionū distinguūt
alij: quia aut si confitēs nō ha-
bet intentionē cōfitēdi sacramē
taliter ⁊ absoluendi: sed deridē-
di. Aut habet intentionem con
fitendi et absoluendi. ¶ Primo
casu non liberat a precepto di-
uino de cōfessione: quia sine in-
tentione nō potest suscipi essen-
tia sacramēti. ¶ Secundo casu
distingue. quia intendēs imple
re preceptum ⁊ suscipere verum
sacramentum qđ eccl'ia cōfert.
Aut nullā penitētiam habet de
peccato suo. Aut aliquā: si nul-
lam: tūc sacramentum peniten-
tie non suscipit: quia pars essen
tialis sacramenti hmōi que cō-
sistit in actu suscipiētis: est act⁹
interior. Uñ sine eo non est sicut
nō esset matrimoniū si qs inten
deret verum sacramētū suscipe
re: nō tñ cōsentire in carnalē co-
pulā: vel ad tēpus. Si vero ali-
quam habet penitentiam de
peccatis suis: tunc iterum di-
stingue. Aut habet talem peni-
tentiam qđ sufficit cum sacra=
mento: vt quia tantum attri-
tus confitetur et; vi clauium fit
cōtritus: vnde ⁊ fugatur fictio:
⁊ sic non habet dubium: cum ta
lis ⁊ sacramētum ⁊ effectum sa-
cramenti suscipiat. s. remissionē
suorum peccatorum. Aut non

habet talem penitentiā q̄ omni sacramento sufficiat ad gratiā: qꝛ nec etiā attritus accedit ad cōfessionem. Et hoc casu vera est opinio Ricar. Th. Jo. ⁊ Gratiani: qꝛ fictiōe illa recedēte tūc incipit valere cōfessio: nec itera re eā tenet: sed solū fictionē suā confiteri: qꝛ vcꝫ habuit doloꝛē imperfectū de peccatis: eo ꝙ nō discusserat sufficienter cōsciētiā suā: vel si dolebat de preterito: nō proponebat cauere in futuro: aut ecōuerso. Tamē ista fictio tūc ei nō occurrit: nec actu cogitat: ꝙ teneat eā confiteri. Tūc eñ sicut de peccato quod occurrit quidē: sed non credit ꝙ sit peccatū aut ꝙ sit moꝛtale ⁊ de necessitate confitēdum: perinde est ac si fuisset oblitus per negligentiā: nec fecisset debitū suū scrutando conscientiā suaꝫ. Quo casu solum est confitendum illud: ⁊ est verum sacramentū: vel potest intelligi de illo qui cōfitetur eidem cui prius. Et tunc non opoꝛtet iterare confessionē primū ei factā. sed tm̄ fictionē: etiam si ipse sacerdos non recoleret peccata sua sibi prius dicta: qꝛ nec quā do cōfessio est integra opoꝛtet ꝙ recolat actu totū a principio vsqꝫ ad finem: ⁊ maxime: qꝛ hic sufficit ab omnibus ei iniungere penitentiam pro fictione: et pro alijs ꝙ faciat penitentiam sibi iniunctā primo. Pet. de palu. in. iiij. distin. xvij.

¶ De attritione ⁊ cōtritione. V.

2 ¶ Attritio de qua proxime mētio facta est quomodo differat a contritione? Dicendum ſm Alex. Lōbar. in. iiij. di. xvij. q. j. hec nomina attritio ⁊ contritio methaphoꝛice sunt a materialib⁹ ad spiritualia. In coꝛpoꝛalibus eñ illud dicit̄ durū: qđ non cedit tactui: illud dicit̄ frāgi qđ ꝑ partes magnas diuidit̄. sic dicit̄. iiij. methauroꝛū. Illud vero dicit̄ cōteri: qđ in minimas partes redigitur ⁊ i puluere ac quasi annihilatur. Spiritualiter autē coꝛ hominis dicitur durū quando diuino tactui diuine inspirationi nō cedit cōsentiendo: sꝫ obuiat cōtra dicēdo: vel persistēdo in affectu pcti. Tūc autē frāgitur ⁊ atterit̄: qñ a ꝓposito aliqualiter ⁊ semiplene resipiscere incipit. s. ꝑ displicētiā pcti: sed imperfectā. Tunc vero conterit̄ qñ affectus pcti ſm omnē sui partē totaliter destruit̄ ꝑ perfectā ⁊ oīmodā pcti displicentiā: a quo resilit: que resilitio est quidā doloꝛ per displicentiā voluntatis: ⁊ non passio appetitus sensibilis: seu doloꝛ excitatus in sensu coꝛpis: q̄ est superogatiōis non necessitatis. ¶ In contritione

sūt duo sūt. ¶ Primū illud qđ cōterit.s.cor pctōris: quasi vas fictile veneno pctī plenū.
¶ Scđm illud q̄ cōterit. Et hoc duplex Mola. ¶ Una superior sursum eleuās.s. spes venie ex cōsideratiōe misericordie dei. ¶ Alia mola deorsum depri- mens.s.timor pene veniens ex consideratione diuine iustitie. Tūc em̄ istud vas veneno ple- num totaliter cōterit: qn̄ ex cō- sideratione venie: et cōsideratio ne pene eterne: quasi ex cōcur- su superioris et inferioris mole pctm̄ totaliter deseritur. In vi duaꝝ molaꝝ inuicē concurren tium: et quasi se concutiētium: vt q̄ prius semiplene dolebat: vel tm̄ timore pene de peccato suo: modo plene pficit ac diui- no tristat̄ amore: vnde de his duab⁹ molis ne pignori dem⁹ sed illas penes nos teneamus dicit̄ deut. xxiiij. Nō accipies in loco pignoris supiorē et infe riorē molā. Multi tñ eas im- pignorant. hec Alex. Lombar.
21 ¶ Sciendum ꝙ cōtritionis dolor q̄ est displicentia peccati: si sit informis est attritio: si for- matus est contritio. Sed non format̄ de lege cōi: nisi sit ma- ximus in cōparatione aliorum dolorum: qꝛ quanto aliq̄d ma- gis debet placere: tanto ei⁹ op- positū dꝫ displicere. Summū sūt bonum a quo separat̄ ho- mo p pctm̄ mortale magis de- bet placere q̄ꝫ oia alia bona. Et ideo maior debet esse displicen tia de quolibet peccato morta li: q̄ꝫ de quocūqꝫ alio malo. Sꝫ maior de vno pctō q̄ꝫ de alio. Ricar. in. iiij. dist. xvij. arti. j. q. v. cōcordat Bona. i. iiij. di. xvj. dicens. In casu quo oporteat preeligere vel cōsentire in pec- catū siue in cōplacentiā pecca- ti: aut in tolerentiā pene. Qui- libet tenet̄ preeligere penam: q̄ꝫ velle peccare vel peccasse. Preter casum tñ necessitatis di co ꝙ preeligere oēm penam est pfecte virtutis. Dubitare infir mitatis: quia timor naturalis valde facit dubitare. Et ista du bitatio pōt stare sic̄ cū charita- te. Sed p̄eligere cuplā alicui pe ne: hoc est iniq̄tatis si est cū deli beratiōe et plena voluntate: hō vtiqꝫ dꝫ deū diligere super oia: vcꝫ ꝙ p nullo dāno vel cōmo- do velit offēdere deū: et sic est di splicētia cōtritionis ꝭm Boñ. q̄ in ea. dist. dicit. Si vni propo- nat̄ quid magis vellet: vel esse cecus: vel nunq̄ꝫ peccasse: ta- lis si est in necessitate positus magis eligere debet esse cecus: sed fatuū est talia cogitare.
22 ¶ Quid si homo in articulo mortis cōstitutus dolet de pec catis: nec actu cogitat velle illa confiteri? Respon. ꝭm Ricar. in iiij. di. xvij. arti. j. q. j. licet cōtri

tio diffiniat̃ q̃ est dolor volũtarie assumptus p̃ pctĩs cũ p̃posito confitẽdi. Implicite eñ habet propositũ confitẽdi: q2 si homo sibi ad memoriã reuocaret cõfiteri vellet si posset.

23 ¶ Contritio de pctĩs oblitis que est ad salutẽ necessaria ẽm sctm̃ Boñ. in. iiij. dist. xvj. Põt intelligi: vel cũ quis ita oblit⁹ est: q̃ nihil oĩno recordetur. Et tũc nõ est necessaria ĩ spãli: vel in gñali: aut oblitus est in speciali: sed tñ in gñali recordet̃. Et tunc in gñali tenet̃ penitere de negligẽtia sua: propter quã venit in illã obliuionẽ: ⁊ facere quod in se est: vt recordetur in speciali: vel per recogitationẽ: vel orationẽ. Si autem sit oĩno oblitus adhuc tenet̃ conteri in gñali: qđ intelligo non sub conditione: sed sub extimatiõe p̃babili. Debet eñ probabiliter homo credere q̃ in multis offendit quorũ nõ recordat̃. Sed de peccatis per ignorantiã cõmissis necessaria est cõtritio in gñali. Iuxta illud prophe. Delicta iuuẽtutis mee: ⁊ ignorantias meas ne memineris dñe. Et vtiq3 tenemur cõfiteri pctã per ignorãtiam cõmissa siue p̃ ignorantiã iuris: vel facti delinquimus. Sufficit tñ cõfessio in gñali. Hec. S. Bona.

24 ¶ Cõtritionẽ ⁊ detestationem pctĩ semper habere an q̃s teneat̃? Dicendũ est ẽm Alex. de ales. in scđo volu. sum. tractatu de negligentia: q̃ habitu habere pctĩ contritionẽ ⁊ detestationẽ semp̃ quis tenet̃: q2 vt dicit Augu. cum deus absoluit hoĩem a culpa: ligat eũ vinculo perpetue detestationis. Igitur homo tenet̃ semp̃ detestari malum qđ fecit habitu. Actu ẽo tenet̃ pro loco ⁊ tpe: cum sit preceptum affirmatiuũ. Et hoc est qñ pctõr actu cogitat de peccato suo: q̃ sit tm̃ malũ et tam graue: vt cõuertat̃ sup̃ ipsum: ⁊ excitet̃ a gratia dei ad cõterẽdum. Que peccatorẽ hoc modo excitat: qñ ipm̃ cogitare de pctõ facit: pro quo instãti tenet̃ dolere actu ⁊ conteri. Concor. sanctus Boñ. in. iiij. dist. xvj.

25 ¶ Contritio autẽ spãlis de quolibet mortali pctõ an requiratur vel sufficiat vna gñalis p̃ oĩbus? Dicendum ẽm Tho. in iiij. dist. xviij. Cum in quolibet peccato mortali sit particularis auersio voluntatis a deo et cõtraria cõtrarijs curent̃: ideo oportet q̃ in oĩ remissione peccatorum sit actualis auersio a peccato quolibet ⁊ cõuersio ad deũ. Ricar. ea. distin. ar. iij. q. v. cõcordat: ⁊ addit. Quãuis ĩ penitẽdo de oĩb⁹ simul nõ sit necessaria maior displicentia in actu de vno q̃3 de alio: necessaria tñ est in habitu. Et q̃dẽ cũ

pctã actu recogitant in spãli: necessaria est maior attritio de maiori peccato q̃ de minori. Verũtñ cũ nemo sciat vtrũ habeat grãm q̃ requirit ad cõtritionẽ: ideo nemo põt esse certus de sua cõtritione: et per cõsequens de remissione.

26 ¶ Septima cã ob quã tenet qs confessionẽ iterare est: qñ qs habẽs sacerdotẽ pñtem et eiusdẽ lingue vel ydiomatis et per scripturã et nõ verbũ peccata sua cõfessus est ei. Ricar. in.iiij.distin.xvij.arti.ij.q.iiij. Idem Sco.et Tho.ea.dist.

27 ¶ Octaua cã est cũ pñitens pctã sua nunq̃ dixisset sacerdoti: nisi interrogatus ab eo ẽm gl.Ray.Et facit ad hũc casum et p̃cedentẽ proxime qd dicit Aug.lib.de pnia.et hr de pe.di. j.in.c.quẽ penitet:vbi ait. Confitẽda sunt pctã nõ per nũciũ: nõ per scriptũ: sed q̃ p vos peccastis:p vos erubescatis. Erubescẽtia em̃ ipsa magnã partẽ hz remissiõis. De supbia quippe venit:cũ qs nõ proprio ore: nisi interrogatus pctã sua sacerdoti dicere nolit.

27 ¶ Nona cã est cũ qs diuisit suã cõfessionẽ: partẽ peccatorum vni sacerdoti dicẽdo: et partem alteri.De quo Aug.lib.de penitẽtia.et habet de pe. dist. vj. c.j.cautus sit penitẽs ne verecũdia ductus diuidat apud se cõfessionẽ: vt diuersa diuersis velit sacerdotibus manifestare: quedã em̃ celat: q̃ alij manifestanda seruat:qd est se laudare et ad hypocrisim tendere:et semp venia carere. Ric.in.iiij. dist.xviij.arti.ij.q.vj.

28 ¶ Decima cã est. Si p ignorantiã affectatã vel crassam aliqua mortalia imemor sacerdoti nõ dixit:de quo Ricar.in.iiij. di.xvij. arti.ij.q.vj. De quo.s. in.iiij.interrogatione seu quesito huius capituli.

26 ¶ Undecima cã. Si penitẽs satisfactionẽ sibi iniunctã totã vel ptẽ extra charitatẽ hoc est in pctõ mortali impleuit:de quo t ñ tres sunt varie opiniones:vt infra.c.vj.§.vj.

30 ¶ Quinto confessor interroget penitentẽ:q̃tũ ips est q cõfessus non est.Ad hoc:vt intelligat quot annorum ab illo cõfessio sit faciẽda: vel qr nõ statim cõfessus est:qñ in peccatũ mortale incidit:nouũ peccatũ commiserit differendo: cum teneretur cõfessionẽ nõ differre: de quo nunc sequitur.

31 ¶ An pctõr statim teneatur confiteri habita oportunitate cõfessoris? Rñdeo. Varie videntur in hoc doc.opiniones. Sed dici põt q exceptis aliquibus casibus ẽm Ricar.in.iiij.di. xvij. ar.iij.q.vj. Ille q̃ cõmittit peccatũ mortale:non statim tenet

de necessitate confiteri habita oportunitate confessoris. Sed sufficit ꝙ semel in anno cõfitea= tur sicut statuit conciliũ genera le in.c.oĩs vtriusqꝫ sexus.de pe. ⁊ re. Idem tenet do.Boñ.ea.di. quo ad laicos.Et directorium lib.j.titu.xv.§.lj.vbi dicit.Cum confessio sit precepti affirmati= ui nõ obligat nisi pro loco ⁊ tpe. Eccła ꝓ tp̃e eius determina= uit:vt semel in anno hõ teneaẗ: sꝫ in paschate cessante necessi= tate alia. Sco.q̃ʒ in.iiij.di.xvij. dicit.Illa opinio videtur esse te nẽda eoꝝ q̃ dicunt.Qđ christia nus quilibet etiam ante.c.oĩs. de pe.⁊ re.peccato mortali com misso nõ tenebaẗ statim cõfiteri: sed tñ habere in voto confiteri aliquo tpe ante mortẽ:nec nũc: sꝫ pro voto cõfiteri semel in an= no:q꞉ precepta penalia nõ sunt ampliãda:sed restringẽda. Nec inueniẗ qñ p̃ceptũ illđ affirma= tiuũ liget ⁊ obliget:nisi aliqñ:et istud aliqñ specificatum est ab ecclesia:qđ semel in anno ad mi nus circa pascha.hec Sco. Idẽ etiã tenet Landul.ea.di. Fran. de mayro.⁊ Thom.ea.dist. art. iiij.q.vij. Rayne.quoqꝫ in sum= ma in verbo cõfessio:vbi hãc ra tionẽ adducit.Si pctõꝛ tenetur ad statim confitendum.Et si nõ statim confitendo peccat morta liter:q꞉ qua rõne peccat in hoc instãti:eadem rõne peccabit in sequenti:⁊ sic sequetur ꝙ multa peccata mortalia vna die com= mittentur pro vna confessionis dilatione:qđ videẗ incõuenĩẽs: ⁊ co qđ esset valde dãnabile.Qđ est cõtra Inn.Arch.⁊ sequaces.

32 ¶ Quid si peccatoꝛ differt vl tra tempus ab ecclesia statutũ; vt cõfiteatur sacerdoti discretio ri:qui melius sciet suam conscię̃ tiam inuestigare? Respon. Post pascha differre propter hoc qđ parum temporis licet. Secus si longo tempore differre vellet: vt in futura quadragesima. In qua existimat illũ habere:⁊ nõ prius. Tũc eñ debet minus di= screto magis cõfiteri. Et postea habita oportunitate magis di= screto si vult eadẽ cõfiteri pctã. Ray.vbi supra. Cum quo Alex. de ales.in.iiij.parte.⁊ do.Boñ. in.iiij.dist.xvij.

33 ¶ Quibus causis tenetur sta tim confiteri habita oportunita te confessoris? Rñdeo plurib⁹ ꝑm Ricar.in.iiij.di.xvij.arti.iij. q.vj. ¶ Primo rõne periculi. Si quis est in notabili ⁊ eminenti periculo mortis:vt est ex infir= mitate:ex maritima tempestate ex parturitione femine. Uel qui est morti adiudicatus. Quo ca= su debet iudex secularis sustine re:ꝙ cõfiteatur. Alias compelli põt ad hoc per censurã ecclesia= sticã a p̃lato:vt in cle.cũ ꝑm.de pe. ¶ Scđo ratione dubij ꝗ qđ

quis eodē anno:nisi nunc confiteatur cōfessorem dubitat habere non posse:vt si nauigaturus est ad partes infideliū:vel nunc presentem habet penitentiariū pape qui eum pōt absoluere a casu pape reseruato quē ipse hꝫ ꝛ hoc anno amplius hr̄e nō poterit. ¶ Tertio ratiōe sacramēti cū quis vult cōicare vel celebrare:nisi forte de ꝓpinquo expectet aliū cui deuotius ꝛ securius confiteatur. Sic eñi expectans nullo iure(qđ ego sciam) cōmunicare prohibetur:si vere penitens est. ¶ Quarto ratione scrupuli qñ cōscientia dictat ꝙ statim teneatur confiteri de necessitate. ¶ Quinto ratione statuti:quod religiosus habet:vt frequentius cōfiteatur puta semel aut bis in mense:vel in hebdomado. Nec tamē ꝑpter hoc sequitur ꝙ statim teneatur confiteri habita oportunitate confessoris:nisi adsit dies:quo ꝺm statutū religionis cōfiteri tenetur. Item Alex. lombar. ea. dist. ꝛ Landul. Qui alium casum addit ea. di. dicēs. ¶ Sexto ratione actus ardui. qñ qs facit aliquem actum solennem in ecclesia:vt quia solenniter legit euāgelium:vel ꝑdicat:vel sacramētum aliquod administrat.

34 ¶ Circa tria quoqꝫ debet cōfessor esse diligens inquisitor: cautꝰ:ac subtilis inuestigator. ¶ Primo vt penitentē interroget de peccatis:que esse consueuerunt in hoībus illius status. In q̄ statu vel cōditione est ipse penitēs. ¶ Scđo q̄ in pctis carnalibus habita specie peccati a penitente:nimium non descendat ad particulares circunstantias:q̄ de necessitate non sunt. vnde ꝛ ipse interrogatus stet in verbis generalibus in hmōi:ne sit ipsi occasio temptationis male ꝛ penitētē doceat pctōꝝ adinuentiones. de quo habes infra in fine sexti precepti. Si enim vxor dixerit se cognitam a viro extra vas:confessor vltra de se nō querat:sufficit nouisse ex eiꝰ verbis vitiū fuisse sodomiticū. vnde Bo. in. iiij. di. xix. dicit. In inq̄sitionibus faciēdis a cōfessore cauēda est sup̄flua curiositas ꝛ negligentia. Quedā enim sunt que nō debet inq̄rere in speciali cōfessor:sicut pctā consueta:ꝛ enormia:ꝛ contra naturam de quibus intelligitur illud ꝓuerb. xi. Inuestigator malorum opprimetur ab eis. Et ratio huius:qꝛ frequenter addiscit penitēs qđ non nouerat:ꝛ contingit ipm cōfessorem in talibus cōcuti:ideo non debet talia querere nisi in generali:ꝛ quasi de longinquo ꝑ quasdā circūlocutiones:vt si fecit intelligat:si non fecit non addiscat. hec. s. Boñ.

35 ¶ Tertio cōfessor ex auditu

peccatorũ enormiũ dissimulet. In primis cũ penitẽtẽ incipit audire magnitudinem: grauitatẽ et turpitudinẽ eorum: ne penitens ex verbis acribus: vel terrentibus in mente cõcutiatur: et talia narrare desinat: vel eorum circunstantias grauissimas: et aliquãdo in aliud genus trahentes ex industria dimittat. Sed potius cõfessor ecõuerso prebeat confitenti (et presertim mulieribus) q̃ sunt natura formidolose quãdã cõfidentiã narrandi peccata sua. Tandem in fine omnibus explicatis grauitatẽ: et enormitatem peccatorum ostendat: cum illi penitẽtiam vult iniungere.

¶De circunstãtijs peccatorum.

36 ¶Sexto cõfessor cautus esse cõuenit in interrogãdo pctõrũ varietates siue circunstãtias: vt dicitur in.c.omnis.de pe.et re. Sacerdos aũt sit cautus et diligenter inquirens peccatorũ circunstantias et peccata. De circũstantia igitur peccati. Que vt dicit Ricar.in.iiij.dist.xvij. Extra essentiam actus ei⁹ est. Aliquo tamen modo attingens ipsum duo sunt videnda.

¶Primo quot sunt circũstãtiarum species. ¶Scdo que sunt de necessitate cõfitende.

¶Quo ad primum dicẽdũ ẽm Bo.in.iiij.di.xvij. Q̃d circũstantiarum tres sunt species.

¶Prime dicuntur alleuiantes.

¶Secunde aggrauantes.

¶Tertie ĩ aliã spẽm trahẽtes: de quibus submittũtur exẽpla.

¶Quo ad scdm dicit Bo.ea.di. circunstãtie alleuiantes: incongrue confitentur: vt si quis cõfiteatur se cum muliere peccasse: ideo quia prouocatus ab illa. Sed si alleuiãt peccatum: et intantum diminuatur: q̃ faciant esse de genere venialis: vt si q̃s ideo comedit carnes in quadragesima: q: infirmus erat: cõfitẽde sunt: vt vel satisfiat confessoris inq̃sitioni: vel eius pturbationi et scandalo si quis eas non diceret. ¶Scõe sunt aggrauantes aliq̃n venialiter: aliq̃n criminaliter: vt reddant mortale. Puta si cognoscit vxorẽ affectu maritali cum aliqua delectatione solum est veniale. Si vero affectu meretricali est mortale. Unde aliq̃n sunt de necessitate. Aliquãdo de cõgruitate: et pfectione cõfessionis ẽm Ricar.in.iiij. dist.xvij.art.iij.q.v. Exemplum quoq3. Si quis dixerit mendacium iocosum: et ex aliqua vana delectatione veniale est. Si pro tanta animi libidine dixit: q̃ dicere nõ desisteret: si etiam cõtra dei vel ecclesie fuisset preceptũ est mortale: ẽm Alexã.lombar. Sic si quis parum furatus est: aut multum: parum percussit al

terum iniuriose: aut multuz: qr si aggrauat actum in infinitum esset de cõfessionis necessitate. ¶ Tertie circunstãtie q̄ trahũt in aliã speciẽ peccati sunt de necessitate cõfessionis ꝑm Boñ. et Ric. in. d. q. di. xvij. De his circũstantijs hic submittitur. Et possunt esse octo: vcz. ¶ Prima: est persone. Scda: loci. Tertia: modi. Quarta: temporis. Quinta: numeri. Sexta: qualitatis. Septima: inductionis. Octaua: cõsequentie. ¶ Prima est persone vt si persona religiosa: aut clericus secular; aliquo affectu auaritie mercantiam faciat mortale iudicio meo: aut veniale: qr illis prohibet ecclesia propter statum persone. vt ne cleri. vel mona. per totum. Alexã. de ales in quarta parte: vel sic. Aliud peccatuz est cognoscere monialem q̄3 extraneam secularem. Aliud si est coniugata. Aliud si est soluta. Aliud si est consanguinea. Aliud si est extranea. Aliud est percutere clericum. Aliud laicũ ꝛ huiusmodi. ¶ Secunda est loci. Si enim peccatuz cõmittitur in loco sacro inducit aliam speciem peccati: qđ dicit̃ sacrilegiũ vt not. glo. de pe. dist. v. c. cõsideret. ¶ Tertia est modi. Potest eñ tali modo quis cum muliere peccare. qđ peccatũ traheret in aliã speciem. Ut si quis cum muliere peccaret contra naturam. xxxij. q. ij. flagitia. ¶ Quarta est temporis: vt cum quis die festo peccat aliam speciem peccati inducit sez transgressionem tertij precepti decalogi ꝑm Nico. de lyra in expositione eiusdẽ precepti. Exo. xx. c. ꝛ Alexan. de ales in expositione eiusdem tertij precepti. in. iij. parte summe. Item si vir petẽs debitum tempore festo: et ieiunioruz habeat aspectum ad solam carnis delectationem: est mortale ꝑm Bo. in. iiij. dist. xxxj. Et Host. in summa. In rubricella de matrimonio. ¶ Quinto est numeri. Quoties eñ homo peccat: toties distlcta: ꝛ plura pctã cõmittit. Uñ ꝛ dicere op3 quoties pctm̃ est cõmissum ꝑm probabilẽ opinionẽ suã. Saltem grosso modo. Nec sufficit dicere mľtis vicib⁹ blasphemasse: vel fornicatus sum: cum hec dictio multis possit verificari in decem: ꝛ in centũ ꝑm Sco. in. iiij. dist. xvij. Si aũt penitens ꝑpter multitudinẽ peccatorum dicat se non recordari nõ subito dimittendus est: sed insistendũ est a cõfessore: vt dicat quoties pctm̃ illud in mẽse: ꝛ vel in hebdomada: ꝛ hmõi commisit a tpe quo nõ est cõfessus. ¶ Sexta est qualitatis: oportet enim confiteri. Si qñ peccatum esset publicum: quia inducet aliam speciẽ. s. scandalum proximi: de quo in peccato superbie,

¶Septima est: inductionis. Oportet em̄ cōfiteri si non solū ipse peccauit: sed etiā si alium inducit ad peccatū dādo consiliū:auxiliū:vel fauorem:aut inducendo ad peccandu3 simul.

¶Octaua est cōsciētie. Debet em̄ peccator etiam dicere peccata que consequuntur ad alia peccata. Puta cū in vno peccato occurrent mendacia: periuria: adulationes: deceptiones ꝛ similia:que oīa sunt distincte in confessione ꝑpalanda.

37 ¶Sed an cōfessor de predictis circūstātijs peccatorū:atꝙ de alijs penitentem interrogare teneť? Rn̄deo ꝰm Landul. in.iiij.dist.xix. Clauis sciētie in confessore:nō est aliud nisi auctoritas cognoscendi in causa in qua habet potestatē sentētiādi. S3 vbi nō ꝓcedit recta forma in cognitione:sequi nō pōt iusta sńia in diffinitiōe. Debet ergo confessor discretissime vti hac clau.s.examinare cognoscēdo in causa: qꝛ potestate ligādi:atꝙ soluēdi se priuat:qui eā iniuste exercet.xj.q.iij. Ipse. ꝛ.ca.sequen.ꝛ.c. Illius.

38 ¶S3 nunqd penitēs teneatur confiteri venialia? Rn̄deo. Cū frequēter peccati cōsuetudo inducat libidinē in contemptum. Libido est quecūꝙ immoderata delectatio: a libēdo dicta vel improba volūtas.

¶Primo est radix mortaliu3:ꝛ venialiū. ¶Scd̄o modo est radix mortaliū Bona. in. iij. dist. xxxviij. Ideo propter dubiū: ꝛ periculū vitandū quando probabiliter timeť aliquod horū: tūc veniale est cōfitendū. Aut quomodocūꝙ dubitet peccatū suū esse mortale cōfiteať illud: vt iacet in cōscientia sua:ꝛ cōfessoris arbitrio diffiniendū relinquat. Sed caueat cōfitens ne cōscientia sua minus accuset ꝛ vox amplius: sic em̄ mentireť: ꝛ meritū perderet cōfessionis. In qua dз esse verbū verax ꝰm illud eccl'iastici.xxvij. Ante oīa verbū verax. Boń.i.iiij.di.xxi. sup lr̄am. Tn̄ si mentiť interrogatus a cōfessore iure pcti venialis negādo: vel affirmādo. Nō tn̄ erit mortale ꝰm quosdā. Ratione p̄cepti eccl'ie de semel cōfitendo in anno teneť nō habens nisi venialia confiteri illa ꝰm Boń.in.iiij. dist. xvij. Sed Sco.ea.dist.cōtradicit: qꝛ cū ecclesia in.c.oīs:de peni.ꝛ re.hoc non specificauit. certe hoc sacramento penitētie non vtitur nisi tanꝙ tabula scd̄a post naufragium: qd̄ non est in venialibus: in qb' si quis actu existēs mortaľ: saluabitur: vapulabit tn̄ Sco. Cū quo concor. Pe. de Palu.in.iiij. ea dist. Quicquid dicat Innocentius.

¶Quomodo penitēs discuteꝗ

re cōſcientiā ſuā doceri debeat vt ſuoꝝ pecatorū ⁊ circūſtantiarum reminiſcatur. Dicendum ſm Tho. de integritate cōfeſſionis diſcurrat vitā ſuā: ꝗ̄tū ad diuerſas etates. Pueritie: adoleſcentie. Et diuerſos ſtatus virginalis: matrimonialis: et vidualis: ⁊ diuerſas fortunas: ꝓſperitatis aduerſitatis. Diuerſa tp̄a ſanitatis: infirmitatis. diuerſa officia exercenda. diuerſas ſocietates bonas: ⁊ malas. Diuerſa loca: terras ⁊ domus: in quibus cōuerſatus eſt. Item peccata cordis: oris: ⁊ operis.

¶ De abſolutione facienda in foro penitentiali.

¶ Capitulum quintum.

IN abſoluendo prouidus. Quinto conuenit eſſe ſacerdos: quoniā facta abſolutione claue errāte non tenet: de ſen. excōica. c. a nobis. ⁊ vbi dicitur. Cōtingit interdū: vt qui ligatus eſt apud deum: apud eccleſiam ſit abſolutus. Et ꝙ liber eſt apud deū: eccleſiaſtica ſentētia ſit innodatus. Niſi ergo ſacerdos inſtrumentaliter ligando: ⁊ abſoluēdo rectitudine rationis vtatur: claues eccl'ie officium nō recipiunt. Pōt aūt clauibus quattuor modis abuti.

¶ Primo ſi abſoluat a pctīs a quibus non poteſt abſoluere. ¶ Sc̄do ſi cēſurā aliquā indebito modo relaxat. ¶ Tertio ſi in caſibus aliquibus ſatiſfactionem penitentis nō premittat. ¶ Quarto ſi in abſoluendo a peccatis vel cenſuris eccleſie formā non ſeruet.

1 ¶ Primo querit. Si ſacerdos abſoluēs a ꝗb⁹ nō pōt maxime ab excōicatione: cenſurā vllam incurrat? Rn̄deo. Sacerdos ſecularis ſic abſoluēdo ignoranter vel ſciēter nullā excōicationē incurrit. vt p; doc. in cle. religioſi de priuileg. niſi qz ſi excōicatus: aut ſuſpenſus abſoluit ſolenniter fit irregularis. vt. ꝭ. in. c. j. §. ij. ⁊. iij. Si vero eſt religioſus ꝗuis nō excōicatus: vel ſuſpēſus. ſi ſciēter ⁊ temerarie p̄ſumit abſoluere a ſententijs quarūlibet cenſuraꝝ a iure: vel per ſtatuta ꝓuincialia: aut ſynodalia lataꝝ: de ꝗb⁹ nō habet auctoritatē: excōicationē incurrit: a qua per papā: tm̄ pōt abſolui. dicta clemē. religioſi. ⁊ ibi glo. ⁊ docto.

¶ Quid faciet ſacerdos ſecularis vel religioſus ꝙ abſoluit aliquē a cēſuris. vel pctīs. de ꝗb⁹ nō hēbat auctoritatē? Rn̄deo. Dicēdū ſm aliquos. Cōfeſſor in tali caſu tripliciter ſe habere pōt. ¶ Primo vt petat a ſuperiore auctoritatē abſoluēdi a caſu a

quo nõ potuit: qua habita docet illũ: & caute fingat interrogare de aliquo iã cõfesso: quasi velit melius informari: ac si nõ plene intellexisset: et si que alia pctã postea cõmisit: & sic ab oibus iterũ absoluat eum.

¶ Scdo si hoc sine scãdalo fieri nõ põt: tũc absoluat absentẽ: si ab vltima cõfessione sibi facta presumit illũ in gratia perseuerare. ¶ Tertio põt illũ cõmittere summo sacerdoti xpo: presertim si multitudo hoim ab eo neglecta est seu nõ debite absoluta. Et hoc idẽ faciat: si illi ab ipso distant aut incogniti sunt. vbi aũt sacerdos predictã auctoritatẽ absoluẽdi non põt obtinere a superiore: tenet dicere cõfesso (si illũ põt habere) vt cõsiliũ a peritiore querat de casu illo vel peccato a quo eum absoluere nõ potuit fm directoriũ. li. j. titu. xv. §. cxliij.

2 ¶ Nunqd sacerdos per errorem absoluẽs de facto ab illis peccatis a quibus de iure non põt mortaliter peccet? Rñ. fm Ri. in. iiij. dist. xviij. arti. ij. q. v. Aut per ignorantiam iuris hoc facit: aut sciens & ex deliberatione. Scdo modo mortaliter peccat: quia scienter: & ex deliberatione cõcessa sibi abutitur potestate in preiudiciũ aie alterius: quẽ & quantum in se est ponit in errorẽ dans ei intelligere: q absolut⁹ est cũ non sit. Si primo modo. Et sit ignorantia iuris affectata: adhuc mortaliter peccat: quamq̃ non ita grauiter. Si ex ignorãtia crassa Credo q etiã mortaliter peccat: q̃uis nõ sic grauiter: vt primo & scdo modo. sacerdotibus em̃ nõ licet officiũ suũ ignorare sed subditos suos in lege instruere. Juxta illud Aggei. ij. ca. Interroga sacerdotes legẽ nec ille per ignorantiã excusatur q̃ magis est sollicitus querere consiliũ p emptione vni⁹ equi vel sitis rei q̃ aie sue. Ri.

3 ¶ Utrũ absolutus pro falsa causa: vere sit absolut⁹? Rñdeo fm Pe. in Directorio. lib. iij. ti. v. §. xl. Cũ ois res per quascũq; causas nascitur per easdem dissolui debeat. de regu. iur. c. Ois res. Igitur si de causa propter quã ille excõmunicatus est ab eo: nulla mẽtio facta sit. Et ita remanet illa prima et eius affectus: et sic remanet excõicatio: qz absoluẽs credidit absoluere ex vera cã q̃ erat falsa. Et sic absoluere non potuit. ar. de trãsla. prelat⁹. Inter corpalia. de offi. dele. Cũ super.

3 ¶ Sed nũquid cõfessor vere absoluat excõicatum vna excõmunicatione ex plurib⁹ causis. Si causas oẽs excõicatus non explicat. Aut excõicatum pluribus excõicationibus: si ille

oẽs non explicat excõicatiões? Rñdeo. Quo ad primũ dic. Si quelibet causa de per se sufficit vt ꝓpter illam excõmunicetur: nisi oẽs explicet: nõ est vere absolutus. ar. c. officij. de senten. excõ. Quod verũ est si fraudulenter causaz subticuerit. Secus si per obliuionem: ⁊ absoluens simpliciter hꝫ intentionẽ relaxandi excõicationẽ: et non per cõparationẽ ad causas expressas. Sed quelibet de per se nõ sufficit. Et tũc si causaz vnã sufficientẽ exprimit: tenet absolutio. ar. c. sup literꝭ. de rescrip. Si aũt oẽs de per se non sufficiunt: sed oẽs siꝉ iuncte: tũc nisi oẽs exprimãtur: nõ valet absolutio: nisi ꝑ obliuionẽ excõicatus subticuerit: et ille simpliciter eum absoluere voluerit.

¶ Quo ad scðm dic ꝙ absolutio nõ tenet quando absoluẽs non intẽdit absoluere: nisi per cõparationẽ ad excõicationes quas absoluendus expressit. ¶ Secus si intendit etiã absoluere ab oĩbus quas ille nõ expressit: quia nõ est recordatus: dũmodo absoluẽdi ab oĩbus habeat potestatez. Ricar. i. iiij. distinc. xviij. ⁊ Abb. siccu. in. c. cum pro causa. de sen. excõica.

4 ¶ Nũquid prelat⁹ ecclesiasticus possit excõicatũ inuituz absoluere? Rñdeo aut est excõmunicat⁹ a iudice: aut a iure. Si primo modo: et iniusta fuit excõicatio: teneť illũ absoluere. Si iusta: nõ dꝫ illuz absoluere tñ si absoluit: qꝛ forte videtur expedire aie sue cõtumaci valet: qꝛ sicut eũ potuit contra volũtatẽ suã excõicare: ita ꝯ volũtatẽ suã põt excõicationẽ reuocare. Scðo mõ excõicat⁹: scꝫ a iure absolui non potest inuitus: qꝛ cum volũtarie fecerit illud cui excõicatio annexa est. Ipso iure aliquo modo ex voluntate sua excõicat⁹ est: ⁊ ideo sine volũtate sua et requisitione non potest absolui. xxiij. q. ij. nec quisꝗ. Et. c. sequen. Ricar. in. iiij. di. xviij. arti. x. q. i.

5 ¶ Tertio quero: si confessor ante absolutionẽ primo teneať necessario premittere restitutionẽ ad quã penitẽs obligať? Et in hoc quõ se debeat habere? Respõ. dic ꝙ plures sunt casus in iure expressi. In quibus ante absolutionẽ teneť confessor premittere satisfactionẽ de quib⁹ immediate subijciť. Quo ad scðm tene practicã: quã ponit Jo. an. in. c. ꝗꝗ. de vsuris. in. vj. dicẽs sacerdos ad quem manifest⁹ vsurarius causa confitẽdi accedit prius querat ab eo. Si vult de vsuris extortis satisfacere ꝫm facultates suas aut saltez ydonee cauere dãdo pignora vel fideiussores: si põt. Qð si nolit repellat eum: vt est

ex mente huius canonis. In ceteris aũt casibus in qb⁹ canon expresse vult p̄mitti satisfactionem actualē vbi de ei⁹ q̄ntitate cōstat: si penitēs pōt ⁊ nolit audiēdus nō est: q꞉ cum ad hoc teneat ⁊ nolit cōtritus nō est. nec habēda est rōne egeat i foro cōscientie fm Jo. an. in. e. c. q̄uis. si vero satisfacere nequeat in totũ vł partem excusatur quousqꝫ poterit. c. Odoardus. de solu.

8 ¶ Si pro manifesta offensa q̄s est excōmunicatus: tenet satisfactionē premittere. vt hic infra ponit. §. ix. satisfactio quoqꝫ ab vsurarijs manifestis exigenda est vel cautio de restituendo vsuras: quā si prestare recusant audiendi non sunt in confessione. c. Quamquam. de vsuris. li. vj. vt predictum est. Si exegit pedagia a personis ecclesiasticis. c. Quāquā. de cēsi. li. vj. si cuiuscunqꝫ iudicis ecclesiastici ordinarij vel delegati iurisditionem turbauit. c. qm̄. de immu. eccle. li. vj. Generaliter in omnibus casibus in processu curie cōtētis. Martini quinti. Eugenij quarti. ⁊ Pauli secundi. Si q̄s incidat non debet absolui: nisi prius si potest satisfaciat: vt in illis dicitur. In quib⁹ etiam habetur q̄ si quis absoluatur non premissa dicta satisfactione absolutio non valet: vt habes supra in. iij. c. §. cij. Si inquisitor heretice prauitatis pretextu officij sui aliq̄d extorsit: vt supra in. iij. c. §. lxvj. Si religiosi: vel clerici seculares inducāt aliquē ad vouendum vel iurādum de eligendo sepulturā apud eos. vt supra in eo. c. iij. §. lxvj. Si sepeliuit tempore interdicti vł nominatim interdictos vel publice excōicatos nō absoluitur: nisi prius satisfaciat his in quorum fauore sententie interdicti vel excōmunicatiōis late sunt. cle. eos. iuncta gl. de sepultu. Si sepeliuit manifestum vsurarium nisi satisfaciat clericis: quibus per dictam sepulturam iniuria est illata. d. cle. eos. ⁊ glossa. Si manifestus raptor nō restituet: vel de restituendo non caueat si potest: nō est in ꝯfessione audiēdus. de rap. c. Super eo. Si membrorũ truncationes vel domorum incendia fecerit vel iusserit. xxiij. q. viij. in. c. Si quis membrorum. ⁊. c. pessimam. vbi glo. f. in. c. si quis membrorum. Quantum ad primũ casum ait dic q̄ tenetur ad expensas medicorū: ⁊ ad opas quas truncat⁹ amisit. Insecutores qꝫ cardinaliũ ⁊ eos q̄ defēdũt vel receptāt sciēter opꝫ q̄ anteqꝫ absoluant ydonee caueant de faciēdo hāc pniam videlicet q̄ per oēs illi⁹ loci ecclesias principales vicinorumqꝫ locorum diebus dominicis ⁊ solennibus incedant

nudi coram populo: femoralia tm̄ habentes ꝛ ferulas: quibus fustigent publice in eisdē ecclesijs in manibus deferētes. Ituri postmodum vltra mare. Et ibidem acturi penitentiam per tres annos: nec inde reuersuri absqꝫ speciali licentia sedis apostolice. vt in. c. Felicis. §. cum autem. de penis. lib. vj.

9 ¶ Quero quē ordinē seruare debeat sacerdos circa penitētem? Rñ. Primo debet confessionem audire. Secundo penitentiā imponere. Tertio illum absoluere. vt colligit gl. in cle. dudum §. Igitur. in verbo audire. de sepul. Si tamē sacerdos prius absoluit penitentem ꝙ̄ illi penitentiam imponat: nihilominus valet: quia presupponit confessor penitentem habere propositum faciendi penitentiam quā sibi iniunget: vt quidam dicunt ꝛ bene. Io. an. quoqꝫ dicit si penitentem absoluis cuius gñalem audiuisti confessionē absoluas eū a penitētijs oblitis ꝛ iniūctis ab alijs sacerdotibus. Et si aliquarum penitētiarum sibi iniunctarū immemor sit quas nō impleuit: cōmutare potes illas si tibi expediens videt in alias: vbi tñ nō essent iniuncte: ꝓ casu a q̄ tu neqꝫs absoluere. Caute ēt facit cōfessor declarare penitentē vel ꝑmittere ei ꝙ si aliquā diem ex negligentia vel obliuione omitteret penitentiā iniunctā implere puta ieiuniū vel orationē qḋ alio die possit remittere. Et confessor caute etiam agit absoluēdo penitentē ab oībus peccatis mortalibus ꝛ venialibus cōfessis ꝛ nō cōfessis ꝛ oblitis postꝙ̄ penitens de oībus pctis predictis se coram eo accusauerit: q2 talis absolutio valet ad remissionem culpe: ꝛ pene dictorū peccatorū oblitorū: que particulariter cōfessus nō est: que tñ si in memoriā redeant confiteri tenetur vt dicit Fran. de Mayro. in. iiij. di. xvij. et Pet. de pal.

¶ De forma absolutionis maioris excommunicatiōis quādo solemniter excōmunicatus absoluitur: vel non solenniter in foro penitentie.

10 ¶ Quarto in absolutione excōicationis late ab homine vel a iure quatuor sunt obseruāda ꝭm Host. in sum. titu. de sen. excō. primū est qḋ absoluēdus iuret stare mandatis ecclesie vel ipsius absoluentis: siue qḋ iuri parebit. si tñ iuramentū pretermittat (qḋ fieri non debet) tenebit nihilominus absolutio ꝭm glo. do. Abb. ꝛ do. Anto. de but. in. c. Cum desideres. de senten. excom. ꝛ est cōis opinio: quam tenet Ricar. in. iiij. di. xviij. articu. x. q. ij. Ubi ꝛ addit iuramentum in absolutione ab excōmu-

nicatione pro iniectiõe manus violente: non debet prestari clericis sub eodẽ tecto dormiẽtib⁹ ꝓpter periculũ periurij. ¶ Itẽ si percussit sociũ clericũ ꝺm do. Abb. in. c. ex tenore. eo. titu. propter dictã causam. ¶ Item nec cuiquam pro leni manus iniectione in clericum. ¶ Itẽ nec illi qui nõ est probabiliter illud seruaturus secũdum Rayme. Aut qui recidiuauit in eodem peccato. ¶ Item vbi apparet manifeste sententiam excommunicationis iniustam fuisse ꝺm glo. in. c. Sacro. de senten. excõi. ¶ Item nec pueris ꝺm arbitrium absoluẽtis. ¶ Item secundum Hug. pro horrendis tm̃ criminib⁹ iuramentum prestari debet. vt incendiarijs falsatoribus ⁊ hmõi: non aũt excõmunicatis pro quibuslibet mortalibus. Secũduz vt ante absolutionẽ est satisfaciat quando excõmunicatus est ꝓ manifesta offensa: q2 in iudicio confessus vel cõuictus est. Aut extra iudiciũ notorie offendit pro quo excõmunicatus est. Si vero dubia est offensa vel cõtumelia. ⁊ expense petunt̃ ante absolutionem premittenda est cautio pignoraticia: vel fideiussoria si nulle expense petuntur tñ cautio iuratoria premittitur de his in. c. Ex parte prime de verbo. signi. vbi gl. ⁊ dñs Abb. dicit. Premittenda est emenda ante absolutionem qñ illa consistit in exercitio actus tẽporalis vt ꝑ iniectione manus in clericum ꝺm iniurie qualitatem et persone dignitatẽ premittat̃ satisfactio. si ꝟo consistit in exercitio actus spiritualis debet excõmunicatus prius absolui ꝙ satisfaciat: ne excõmunicatus attemptet actũ spiritualẽ. Exemplum si canonici excõicati sunt ideo quod ad mandatum pape noluerint accipere quendam in canonicum. Tertium est ꝙ absoluatur ab excõmunicatore vł eius superiore: aut ab eo cui cõmiserint hoc mõ. Expoliabitur excommunicatus vestib⁹ suis ⁊ ponet se ante ianuas ecclesie prostratus flexis genibus corã absoluente: qui tenens virgam vel corrigiam in manu. ⁊ dicẽs psalmũ miserere ꝟberabit illũ per singulos versus p̃s magis: vł minus secundũ contumacie quantitatẽ: ⁊ post Gloria patri dicat pater nr̃. Et ne nos. Saluum fac seruum tuũ. Nihil ꝓficiat inimicus in eo. Esto ei dñe turris fortitudinis. Dñe exaudi orationẽ meã. Dñs vobiscũ. Oremus. Deus cui ꝓprium est misereri semper et parcere suscipe deprecationẽ nostrã: ⁊ hũc famulum tuum quem excõmunicatiõis cathena cõstringit miseratio tue pietatis absoluat. Per christum dominũ nostruz.

¶Forma absolutiōis communis.

¶Autoritate omnipotētis dei ꝛ beatorū apostolorum Petri ꝛ Pauli. Ego absoluo te ab omni vinculo excōmunicationis quā vel quas incurristi propter talē causam: vel causas exprimendo illas. Et restituo te sacramētis ecclesie: ꝛ cōicationi fideliū. Iterū absoluo te ab oibus peccatis tuis. In noie patris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti. Signū crucis faciendo Passio dñi nostri Jesu xpi et omnia bona que fecisti ꝛ facies: ꝛ omnia mala que sustinuisti et sustinebis: sint tibi in remissionem omniū peccatoꝝ tuorum: ꝛ in augmētū diuine gratie: vade ꝛ amplius noli peccare. Et quidē hec verba in fine sunt magne vtilitatis: qꝛ vcꝫ hmōi hñt vim satisfactiōis ex virtute clauiū. Et magis valent ꝑm Host. in sum. tit. de pen. ꝛ re. Si tñ qs simpliciter absoluat in foro penitētiali a sacerdote non opꝫ vt excōicatus expolieť: ꝛ stet ante ianuā ecclie. Sed alia oia que hic dicunť fiant. ¶Item cum sacerdos non hꝫ potestatē absoluendi a maiori excōmunicatione potest eadē forma verborꝫ vti absoluendo prius a minori excōmunicatione si quam forte penitens incidit. Et postea dicere, Item te absoluo ab omnibꝰ peccatis tuis: et oia verba que sequuntur in predicta forma absoluendi: vt habetur in .c. nuper. §. in scdo. ver. Qui vero. de sen. excōi. Qđ etiā Thom. dicit. Sed si solēniter ab episcopo qs excōmunicatus est cum solennitate de qua in .c. debent. xi. q. iij. seruabit episcopus formam: vł ille cui ipse cōmittet formā absolutionis. De qua in ea. q. iij. c. cum aliquod. ¶Quartuꝫ est vt absoluens iusta mandata: ꝛ rationabilia imponat excōmunicato. Ne vcꝫ cōtra canonē illū vnq̄ veniat: vt incendiario ne incēdat. Et percussori clerici ne percutiat: nisi se defendendo. Aut de mandato prelatorū vel nisi prelatus vel magister clericorū sit. Et sic de similibus. Et illā imponat penā seu penitētiā quā canones iubēt iniūgi excōicatis pro excessibus pro quibꝰ excōmunicationem inciderunt. xxiij. q. vlti. Pessimam. de quo habetur .s. in. c. iij. In excōicationibus. Et .s. in hoc. c. §. ix.

¶Quomodo intelligiť ꝙ absolutio nō valet sub conditione? Rñ. si cōfessor qui est inferior dicat: absoluo te sub cōditione ꝙ vadas ad superiorē. Uel absoluo te ad tēpus donec sis absolutus a superiore. Absolutio nulla est: qꝛ verba sacramenti nullū hñt effectū nisi sub assertione illa sub qua sunt instituta: que

est absoluta: vt cũ dicit in psona xpi. Absoluo te. Et multominus sub hac forma de his q̃ ad superiorẽ ptinẽt. Neq3 etiã superior ipse põt dare inferiori ptãtem absoluendi sub illa forma: cũ sit impossibilis: ꝛ super ipossibile nulla potẽtia cadit. Qꝛ tñ nõ est semp p̄sens põt dare potestatẽ inferiori absoluendi de ptinentib9 sibi in absentia sua sub conditione q̄ de eisdẽ fiat ei confessio cũ fuerit p̄ñs. Et hoc casu inferior dz dicere conditionẽ cõfitenti: quã si nõ acceptet nõ debet eũ audire nec absoluere: qꝛ est impenitens. Si aũt consenserit animo ꝛ absoluit: tenet qd factum est. Si autẽ postea noluit cõfiteri superiori nõ redeunt dimissa: sed facit nouum pctm̃. Non tñ debet poni conditio in verbis absolutiõis: qꝛ nulla esset. verba Henrici de gãdauo. In quolibet. q. iiij.

Forma plenarie absolutionis in vita ꝛ in morte extracta vt dicitur de formulario domini Pape.

Dicto confiteor a penitente: et post Misereat tui a confessore subdat. Auctoritate dei oĩpotentis et beatorũ apostolorũ Petri ꝛ Pauli ꝛ sancte Romane ecclesie mihi cõcessa absoluo te ab omni vinculo excõmunicationis maioris vel minoris: ꝛ restituo te vnitati fideliũ ꝛ sacramentis ecclesie. Itẽ te absoluo ab oĩbus peccatis tuis cõtritis cõfessis et oblitis. Itẽ eadem auctoritate summi põtificis mihi in hac parte cõcessa. Et inquãtũ debeo absoluo te. Si ista vice morieris ab oĩb9 penis tibi in purgatorio debitis: ppter culpas ꝛ offensas quas ꝯtra deũ cõmisisti. Et inquãtũ mihi permittit̃ restituo te illi innocẽtie in qua eras qñ baptizat9 fuisti. Si vo hac vice nõ morieris: reseruo hanc plenariã indulgẽtiã tibi cõcessam a domino Papa p vltimo arti. mortis tue. Ut in eadẽ litera dñi pape cõtinet̃. In noĩe patris: ꝛ filij ꝛ spũssancti. Amẽ.

De casibus reseruatis ſm formã cãcellarie aplice: etiam quo ad illos qb9 cõcedit̃ gratia absolutionis plenarie.

13 Utrũ qñ quis vsus est semel plenaria indulgẽtia in articulo mortis quaz habebat a Papa pro semel in vita ꝛ semel in morte: iterum possit vti illa in alio articulo mortis? Respõ. vt in concilio Constantiensi: a litteratissimis viris responsum est q̄ non. Nisi vberiorem gratiam. s. q̄ ea vti posset pluries si Papa cõcessisset: qꝛ priuilegiũ de indulgẽtijs tantũ dat

ꝙtum sonat. vñ forma absolutionis p̄rime dicta intelligēda est qñ conceditur plenaria absolutio in articulo mortis pro pluribus vicibus.

14 ¶ Nunquid habētes lr̃as plenarie absolutionis semel in vita ⁊ semel i morte possint ab oibus peccatis et censuris absolui? Rñ. Non. vt habetur in fine pcessus curie Pauli secūdi. vbi dr̄. Super plenarijs remissionibus: que semel in vita ⁊ semel in morte concedunt p regulā in cancellaria apostolica publicatā. Statuit ꝙ i quibuscūq̄ cōcessionib⁹ ⁊ facultatib⁹ absolutionis casus infra scripti tanq̄ spālius sedi Apostolice reseruati semper intelligant excepti. vcȝ Offense ecclesiastice libertatis. Uiolationis. Interdicti ab eadē sede impositi. Criminis heresis. Conspirationis in p̄sonā aut statū Romani pontificis. Seu cuiusuis offense: inobediētie: seu rebellionis eiusdē Pōtificis: vl̄ sedis apostolice presbytericidij. Offense p̄sonalis in epm̄ seu aliū prelatū. Inuasionis. Depredationis vl̄ occupatiōis vel deuastationis terrarū Romane ecclesie mediate vel immediate subiectaꝝ. Ac ēt inuasiōis Romipetarū: seu quorūcūq̄ aliorū ad Romanā curiā veniētiū. Prohibitiōis: deuolutiōis causarum ad dictā curiā. Delationis armoꝝ ⁊ alioꝝ prohibitoꝝ ad partes īfideliū: maxie Turchoꝝ. Impositiōis nouoꝝ onerum realiū vel personaliū. Ecclesijs vel ecclesiasticis p̄sonis qđ tñ hodie reuocatum est per Sixtū. iiij. symonie super ordinib⁹ vel bñficijs assequēdis in eadeȝ curia vel extra cōtracte. Et generaliter in casib⁹ cōtentis in bulla que cōsueuit in die cene dñi per Papam publicari: ⁊ hoc statuit etiā erga illas personas quibus oraculo viue vocis ipse has remissiones plenarias concessisset debere eas sic intelligi huiusmodi.

¶ De modo iniungendi penitentias a cōfessore.

¶ Capitulum sextum.

In penitētijs imponēdis debet sexto loco Cōfessor circūspectus esse ne vl̄ nimis paruas iiūgēdo clauiū potestas cōtemnat: vel ne nimiū magnas imponēdo penitēs illas facere pretermittat.

¶ De primo dicit tex. i. c. absit. di. l. absit a roma. eccl'ia vigorē suū tā pphana facilitate dimittere: et neruos seueritatis euersa fidei maiestate dissoluere.

¶ De scđo dicit Criso. xxvj. q. vj. alligāt. Si fascē sup humeros adolescētis quē nō pōt ba-

sulare posueris: necesse habet vt aut fascē reijciat: aut sub pōdere confringat: sic ꝛ homo cui graue pōdus penitētie impōnis: aut penitentiā reijciet: aut suscipiēs dū sufferre nō potest scādalizatus amplius peccat. Nōne melius est propter misericordiam reddere rationē: ꝙ propter crudelitatē? hec ibi.

1 ¶ Sed quā penitentiā debet cōfessor imponere penitēti? Respondeo olim ꝑ quolibet peccato mortali erat septēnis penitentia regulariter iniungenda. xxvj.q.j.c.predicandum. et xxxiij.q.ij.c.hoc ipsum.ꝛ.§.seq. Modo autem arbitrio discreti cōfessoris moderāda est: vt in c.deus qui.de peni.ꝛ re. vbi dr. Penitētia nō tam ſm quantitatem excessiuā: ꝙ penitētis contritionē qualitatē ꝙ persone et alijs circūstantijs cōsideratis per discreti sacerdotis arbitriū est moderāda. ꝛ do. Abb. sicul. dicit ibi. Potest esse tanta contritio penitētis: ꝛ alie qualitates alleuiātes delictū: vt nō sit necesse ita longeuā: seu diuturnam agere penitentiā. Et ipse sacerdos pōt ex officio suo multum de penitentia dispēsatiue remittere: vt est text. Augu. de peni. distin. j. Quē penitet. vbi dicitur. Qui erubescit pro christo fit digni⁹ misericordia. Quāto eñ pluribus cōfitetur in spe ventē turpitudinē criminis: tāto facilius cōsequit̄ veniā: aut gratiā remissionis. Ipsi eñ sacerdotes plus iā possunt proficere: ꝛ plus ꝯfitentib⁹ parcere. Hec ibi. adde ſm sctm̄ Boñ. in iiij. di. xx. ꝙ ꝗuis pnie sint arbitrarie: tñ canones instituunt illas in gñali qualiter imponēde sint penitētib⁹. Se descēsus ad singularia derelinquit sacerdotib⁹ discretis: qui cōsiderent personarū circūstātias attendētes ad canones: sicut ad regulas directiuas.

¶ Quales sunt penitētie pctis cōtrarie: ꝛ penitētibus conuenienter imponēde? Rñdeo ſm Sco. in quarto. dist. xv. In tribus peccāt hoīes cōiter. Peccato carnis. Concupiscētia oculorum. Et superbia vite: vt. j. Jo. j. Satisfactiones autē his correspondētes sunt. Peccato carnis imponat̄ ieiuniū ꝛ quecūꝙ carnis maceratio: vt vigilie: peregrinatiōes: asperitates vestium: ꝛ generaliter quecūꝙ laborem corporalē causant: cū talia sint ad repressionem peccati carnalis: pctō auaritie quo aliena visus est indebite extorquere rapinis: furtis ꝛ vsuris: correspōdet eleemosynaꝝ erogatio ꝛ oblationes vt per que quis peccat per hec ꝛ puniat̄: peccato superbie ꝛ ceteris peccatis spiritualibus cōuenit pe

nitentia orationis: per quã homo spiritũ humiliat deo: ꝛ ꝯtra predicta se roborat. hec Augustinus in generali de congruo peccatis imponẽda cõueniunt. In particularib⁹ tñ casibus aliquando nõ cõpetunt. Nã pauperi ꝓpter auaritie pctm̃ eleemosynarũ impositio nõ cõueniet. Et in similibus etiã ẜm penitentiũ dispositionẽ: vt infra in quarto. §. ꝛ quinto. in hoc capitulo ponitur.

3 ¶ Quid si confessor timet ne penitens faciat pniam? Rñ. ẜm Sco. ꝛ Ricar. in. iiij. dist. xv. in tali casu: confessor pniam alleuiet: qꝛ melius est reseruare illũ ad explẽda in purgatorio ꝙ in inferno. Si protestet illi cõfessor ꝙ si nõ fecerit: nouo peccato mortali peccabit. Monal. in summa. in verbo Penitẽs cõsuluit sacerdoti ꝙ propter vitandam trãsgressionẽ penitẽti illã iniungat penitentiã: quã penitens sponte: ꝛ sine murmuratione recipiat. Et ꝙ nulla aut pauca sub precepto imponat: sed ꝛ cõcedat ei ꝙ liceat sibi ieiuniũ. ꝛ orationẽ vel elecmosynã: aut quecũ ꝗ alia sibi iniuncta redimere cum voluerit. hec Monal. Quibus adde ẜm do. Abb. in. c. cũ ex eo. de peni. ꝛ re. ꝙ vt ibi probat. Pnia ieiuniorũ redimi potest accipiendo indulgentiam loci. In quo si sit data indulgentia quadraginta dierum: ꝛ per pniaꝫ iniunctã quis teneat quadraginta dieb⁹ ieiunare accipiẽdo illã indulgẽtiã amplius nõ tenetur.

4 Quid si penitẽs dicit se non posse facere pniam quã sacerdos vult ei imponere? Rñ. ẜm Sco. in. iiij. dist. xv. Sacerdos discrete videat ne imponat penitẽti disconuenientẽ penitentiam: sed ẜm persone cõditionẽ: vt diuiti eleemosynas: pauperi orationes: quẽ si pro victu necessario oporteat ꝗtidie laborare: nõ iniungat ieiunia: cũ ex ipso labore operis continue maceret. Quo casu inducẽdus est: vt ipsum laborẽ habeat in remissionẽ peccatorũ suorũ: et ad finẽ hunc laboret. Et diues delicatus ꝗ lapsus in peccatũ carnis: nec aliquã macerationem ꝑ ieiunia vult subire. Aut presumitur: ꝙ sibi iniũcta non peraget inducẽdus est ad eleemosynã ꝛ orationẽ. Si ista libẽtius recipit: addit do. Abb. sic. ẜm Hostiẽ. in. c. significauit. de peni. ꝛ re. Sacerdos austerus non debet in penitẽtia iniungenda: ne penitentẽ in periculum desperatiõis inducat. Unde si nolit penitentiã recipere quã sacerdos vult ei imponere si contritus est: debet sacerdos eum cũ leui absoluere penitentia. Et reliquũ penitentie

ei in purgatorio reseruare. Et hoc pbari videtur dñs text. dicit ſm ꝙ visum fuerit misericorditer imponatis: ne pro austeritate pnie a seruitio ecclesie retrahatur. Nec aliqđ salutis periculum debeat formidare. hec ibi.

5 ¶ Quid si penitens nullam pniam sacerdotis velit accipe? Rñ. Quis penitens qñ ad cõfessionem vadit teneatur habere propositũ obediẽdi confessori: ꝛ penitentiam acceptandi: constitutus tñ ante sacerdotem: ꝛ habens displicentiam de peccato cõmisso: ac firmum propositum non recidiuãdi: si nihilominus penitentiam nullam velit recipere: sed i hoc misericordie dei vult se subijcere: non est reijciẽdus ſ; absoluẽdꝰ: ne cadat in desperationẽ: ꝛ nũciãda est ei pnia p pctis suis debita: quã si nolit facere in hoc seculo: illã ad plenũ soluet in purgatorio. Talis eñ pꝑter dictã volũtatẽ nõ videt in pctõ mortali esse: cum cõteratꝫ de peccato: ꝛ velit puniri pena condigna pro eo: ꝛ ab eo cuius est iuste infligere eam: licet nolit sibi infligi ab isto sacerdote. Nec ex hoc dici debet inobediens: qꝛ sufficit se submittere ecclie arbitrio: ꝙtum ad illđ iudicium penitentiale ad quod tenetur necessario se submittere: licet nolit se submittere illi sequenti quod necessario nõ includitur in primo. Sco. in quarto dist. xv. q. j. ꝛ dist. xvij. Idem Landul. dist. xv.

6 ¶ Nunquid pnia a penitẽte acta in pctõ mortali necessario sit iteranda? Rñd. de hoc sunt tres varie doc. opiniones.

¶ Quarum prima rigorosior; Secunda leuior. Tertia benignior. ¶ Prima est Alexand. de ales in. iiij. parte. qõ. ix. ꝛ Ricar. in. iiij. di. xv. art. j. q. v. vbi dicit. deus opa hois nõ acceptat tãꝙ̃ remuneratione digna: nec tãꝙ̃ satisfactoria: nisi acceptet operantem. Unde Geñ. iiij. c. Prius dicitur. Respexit deus ad Abel. Et post subiungitur: ꝛ ad munera eius. Sed deus non acceperat hoiem in pctõ mortali existẽtem: quia in illo statu est inimicus dei: ergo opera existentis in pctõ mortali non sunt deo accepta tanꝙ̃ satisfactoria: sed sine illa acceptatione satisfactoria esse non possunt. hec ibi. ¶ Secunda opinio est Tho. in. iiij. distin. xv. dicentis. Aut satisfactio iniuncta penitẽti relinquit post se aliquem effectũ etiam postꝙ̃ actus satisfactionis; trãsit: sicut in ieiunijs manet corporis debilitatio. Et in elemosinis substãtie diminutio: ꝛ sic de silibꝰ. Et talis satisfactio facta etiam in pctõ mortali necessario non est iterãda: qꝛ quãtum ad id qđ de tali satisfactione manet p pe

nitētiam sequentem fit accepta. Aut satisfactio nō relinquit aliquē effectū in satisfactiōe postq̄ actus trāsit: sicut est in orone: et silib⁹. Actus aūt interior q̄ totaliter trāsijt nullo mō viuificat: sz opz q̄ iteret. Talis aūt satisfactio i pctō mortali facta oportet vt iteretur. Et idem tenet Alber. et Pe. de pal. ea. dist.

¶ Tertia est Sco. in. iiij. di. xv. vbi dicit. Si vere penitens accipit satisfactionem puta ieiuniū triū dierum. Et hodie vnū diē ieiunij impleat: et cras recidiuet in pctm̄ mortale. Et de illo non penitens scda die ieiunet: quia sibi est impositū. Si dicis q̄ ieiuniū istud scde diei non sit aliqua satisfactio exterior magna occasio est inducēdi istum iam lapsum: vt tertia die non ieiunet: et per consequens ad nouū peccatum mortale: qd facit non implēdo penitētiā iniunctā: cū sit trangressio precepti ecclesie: vt vicarij dei in isto actu. Sed hec opinio nimis est dura: et occasio maioris obstinationis.

Unde dico q̄ qui semel vere penitet: et recipit pniam seu satisfactionem condignam a sacerdote (claue non errante) si illam in charitate implet: nō solum soluit penā: sed meretur gratiam. Sed extra charitatem solū penam soluit: sed nō meretur gratiam. Qd si arguas. Hec satisfactio mortua fuit. Ergo nō est satisfactio. Nō sequitur nisi q̄ nō est satisfactio recōciliās: et placans in amicitiam dei. Quod si arguas: ergo nō est satisfactio. Non sequitur: q2 sufficit deo q̄ aliquis voluntarie soluat penā debitā ad punitionē peccati facti: sicut in humanis. Si pro offensa facta in regē alicui etiam inuito manus b̄m legem abscissa est. Regi satisfactum est sufficienter: licet talem in gratiā nō recipiat. Unde concludo q̄ satisfactio extra charitatē impleta denuo iteranda nō est necessario. Pe. de taranta. ea. distin. et Jo. parisiensis ordinis predicatorum dicunt: q̄ si quis in mortali iniunctam penitētiam facit: nō tenetur iterare huiusmodi satisfactionem in foro militantis ecclesie: in quo date sunt claues: et vbi non iudicatur de dispositione interiori.

7 ¶ Quomodo intelligitur q̄s facere pniam in pctō mortali? Rn̄deo: q̄ diu post acceptam penitentiam recidiuās nō conteritur. Si enim conteratur post lapsum pctm̄ expectando futuram quadragesimā: in qua confiteatur pctm̄ cōmissum. Et interim sit contritus: non dicetur fecisse penitentiam in pctō mortali. Cum per contritionem: charitatem: et amicitiam dei recuperet. vn̄ Ricar. in. iiij. di. xvij. artic. j.

q.v.ait. Cum contritio dicat remissionem quantorūcūq3 et quorūcūq3 mortalium pctōr quātacūq3 parua cōtritio sufficit pro quantocunq3 magno peccato. Cum tū peccata in speciali recogitantur: maior attritio: et displicētia debet esse de maiori: q̄ de minori. Ricardus.

8 ¶ Nūquid speciem mali habeat si sacerdos recipiat pecunias pro missis q̄s pro pnia iniunxit celebrādas? Rñ. fm directoriū lib.j.tit.xv.§.cxxxix. Dicit Host. q sic. Et quidē ab hac specie mali sacerdos oīno cauere debet. de vi. et ho.cle. Cum ab omni. Uñ cum penitenti missas iniungit celebrandas pro penitētia: dicat q per aliū faciat eas celebrare: ac per talem qui sibi inuicem huiusmodi trāsmittere non presumatur.

9 ¶ Que penitentia sit religioso peccanti iniungēda? Rñ. fm directorium li.j.titu.xv.§.cl. Qd de cetero seruet regulam suam quā pfessus est: q2 hec est summa pnia fm August. et habetur xij.q.j.nō dicatis. Nec debet sibi iniungi ieiunium speciale in claustro ppter scādalum alior xx.q.iiij.monachū.et.§.fi. potest tamen puniri in aliorū abstinētiam: cum plus et minus possit sine alior scandalo comedere: vel etiam vt orationes dicat: et psalmos: et huiusmodi.

10 ¶ Quero q̄s possit pnias iniunctas relaxare vel cōmutare? Rñ. fm Pau. et Joan. de imo. in cle. abusionibus. de pe. et re. Ille qui audiuit in cōfessione vel eius superior. dist.xxj. inferior. Et est tex. iuncta glos. in.c. presbyter. dist.lxxxij. fm do. Abb. in c. quod super his. de voto. Et addit Imo. Relaxatio vel commutatio debet fieri cum causa fm Uin. vt notat Archi. de pe. in.c.fi.li.vj. Adde vt in summa confessorum ponitur. lib.iij.tit. xxiiij.q.cxxxiij. fm glo. Ray. Superior in hoc congrue accipit Archiepiscop9: presertim dum prouinciam visitat. Et idem potest successor in officio: si prim9 sacerdos ab officio amoueat. Si autem pares sunt: ille qui iniunxit: et ille a quo petit relaxari vel cōmutari si sunt duo sacerdotes de pari curā insolidū habētes fm cōsuetudinē alicuius parrochie requirēdus est cōsensus prioris cōfessoris: ne scādalizet: maxie si de facili possit haberi. Et penitens iam penitentiā inchoauit iniūctā ab eo. Et directo.li.j.titu.xv.§.clxxj. dicit: sacerdos circa subditos pōt penitentias relaxare: et cōmutare ppter causam rationabilē. In casibus in quibus pōt illos absoluere: qñ ad petitionē propriā sibi fuerint illis iniūcte. lxxxij. dist.c.ylt. et .d.c. cum illorum.

11 ¶ An eps possit penitentiam quam imposuit papa relaxare vel commutare? Rndeo fm do. Dominicu de. S. Gemi. in. c. accedens. dist. l. Aut subest necessitas mutandi & potest: qz necessitas legem non habet. vt in regula. Quod no est licitum. extra. de regu. iur. Aut non subest necessitas. Et tunc aut papa in impositione penitentie etiam remisit in potestate epi mutationem. Et poterit tuc episcopus mutare. Et sic proprie loquitur. c. latorem. xxxiij. q. ij. Aut papa no remisit in potestate epi: & tunc immutare no poterit: cum inferior non possit penitentia a superiore iniunctam remittere. l. distin. c. ij. Et ita concludit archi. in. d. c. latorem. Sed tu adde quod Hostien. in summa. tit. de peniten. & remissio. §. & an sacerdos. dicit hoc verum quado penitentia imposita a papa est propter casus sibi reservatos. Secus si ab his eps possit absolvere: quia etiaz penitentiam per huiusmodi impositam possit relaxare.

12 ¶ Sed nunquid sacerdos penitentia ab epo vel alio sacerdote impositam possit relaxare? Rn. dicit Pau. & Jmo. in clemen. Abusionibus. de peni. & re. Qd in foro pnie sacerdos no potest commutare penitentia impositam per episcopu. Sed bene econverso. xxi. dist. inferior. Et talis comutatio vel relaxatio debet fieri ex causa fm Uin. Dicit tn Host. in pdicto. §. & an sacerdos qd in his casibus potest sacerdos penitentia relaxare: vel comutare: quibus potest absolvere. Jmo & si propter tales casus papa subdito eius imposuisset: potest sacerdos ex causa rationabili relaxare.

¶ Adde tu q in his que ad forum penitentiale spectat fratres predicatores & minores: qui illa habet autoritatem qua curati. per Cle. dudu. §. statuimus. de sepul. videtur omnino posse quod predicti parrochiales.

13 ¶ Quid si pnia fuit iniuncta pro subsidio terre scte? Rndeo fm Jo. and. & do. Abb. Siculu in. c. Qd super his. de voto. Solus papa tale pniam comutare pot. Si aut imposita fuit pro labore eudi ad terram sancta. Et tunc si penites etia votu de hoc emisit: solus etiam papa comutat vel relaxat. Sed si penitens post hmoi pniam sibi iniuncta tantu crucis signum assumpsit sine alio voto. pot inferior dispensare. do. Abb. siculu.

14 ¶ An sacerdos dispensare possit in male ablatis: seu remittere illa pro minori quantitate: q teneat debitor? Rndeo fm Pau. & Jmo. in cleme. Abusionibus. de peni. & re. remittere male ablata pro minori qtita

tate: q̄ sit pecunia restituēda: p male ablatis: fieri non pōt: nec valet talis compositio: q2 receptio talis pecunie debet fieri noīe pauperū: ꝛ in eoꝝ vtilitatē cōuerti. Et idō recipiēs (quicūq sit ille) non poterit transigere. de offi. vica. c. fi. Nisi super hoc sit priuilegiatus a papa. Et nota hoc cōtra epōs cōponentes cum heredibꝰ vsurariorū super vsuris ꝛ male ablatis: q2 videt non valere talis cōpositio: nec patrocinari quantū ad deū eis quibus fit dicta remissio. Facit regula pctī. de reg. iur. in. vj. ꝛ xiiij. q. vj. si res.

15 ¶ Quā pniam ꝛ quomodo sacerdos imponere debet cōstitutis i articulo mortis? Rn̄. De talibus pura cōfessio pctōꝝ est inquirēda. pnia vero nō est imponende: sed tm̄ innotescenda: vt dr i. c. j. xxvj. q. vij. Qd̄ sic exponitur in summa cōfessoꝝ: titu. de penitentijs. §. qn̄ cōfitendum est. ver. Infirmo. tm̄ sacerdos dicat infirmo. Si tu esses sanus talē penitentiā deberes agere. Sed q2 infirmus es: eā tibi non iniungo: sed hortor vt iniungas tuis heredibus talē pro te elemosynam facere: vel (qd̄ meliꝰ est) in testamento relinquas. qd̄ oino facere eū cogat q̄tū pōt si ad aliqua certa vel incerta restituenda teneat: Et quo ad penitētiā addat dicens. Si vero conualueris: talē ages postea pniam. Sed per modū consolationis ostendendo benignitatem misericordie dei pctā in purgatorio remittētis magis q̄ p modū horroris ostendendo seueritatē diuine iustitie: talibus innotescenda est pnia. Quia vt dicit Sco. in iiij. distin. xx. Infirmo in extremis cōstituto suadendū est: q sm̄ suam possibilitatē laboret ad pniam ordinatam: vt nō penarū timore: sed propter deum habeat voluntariā peccatorū displicentiā: ꝛ nitat vti ratione liberi arbitrij: ad hoc q̄tū pōt. Quia vt Augustinꝰ dicit. Oportet non solū deū timere iudicē: sed iustū diligere. Quippe si timore penarū infernaliū dolet de pctis: magis q̄ ex dei amore cōtritꝰ nō ē. Nec sic saluari pōt.

¶ De celatione cōfessionis: ad quā tenet cōfessor.

¶ Capitulum septimū.

In celatione confessionis secretus septimo loco debet esse sacerdos: vt ꝛ illi precipitur in ca. omnis. de peni. et re. vbi dicit. Caueat autē oino ne verbo aut signo: aut alio quouis modo prodat aliquatenus peccatorem. Propterea circa celationē cōfessionis tria breuiter videnda sunt.

vez. Que confessor celare tenea
tur. Qualiter ad hoc obligat.
Qua pena reuelando puniat.
1 ¶ Quero que cadūt sub sigil-
lo confessionis sacramentalis?
Rñdeo ẜm Ricar. in. iiij. distin.
xxj. arti. iiij. q. iiij. Pctā et oēs
circunstātie pctōꝝ: vt loci: tpis:
& hmōi: per que directe: vel in-
directe: per se: vel per accidens
penitens prodi possit: vel de eo
inspicio aggrauari vel verecū-
dia: aut cōfusio: aut aliqđ nocu
mentū illi prouenire. ¶ Item ꝛ
persona cū qua penitēs cōfitet
se peccasse sub sigillo cōfessio-
nis cadat. Alia vero q̄ penitēs
intercedit i cōfessiōe: q̄ nec sunt
pctā: nec circūstantie peccatoꝝ:
vt si dixerit: ꝙ in aliqua terra
sunt bona blada: vł aliqđ simi-
le non cadunt sub sigillo cōfes-
sionis: nisi dū ea narrādo ondit
velle celari. Addit Frā. de may
ro. ea. dist. ꝙ bona audita in cō
fesione nō cadūt sub sigillo cō-
fessionis: qꝛ tātū pctā sunt ma-
teria huius sacramenti.
2 ¶ Quero exēplū de circūstā-
tia tpis per quā reuelari dicat
cōfessio? Rñdeo ẜm Ric. in. iiij.
ea. di. ꝛ arti. q. iiij. Puta si cano
nicus sciēs famulū suū: ꝛ nullū
aliū intrasse camerā suā hora
nona. Et illa hora furetur dñi
ciphū: post multos autē dies
dñs perpendat suū cyphū esse
perditū: si furis cōfessor vsꝙ ad
vnū annū vel duos diceret: ci-
phū talis dñi acceptū, fuisse tali
hora: statim posset dñs suspica
ri a famulo suo fuisse surreptū.
3 ¶ Nūquid cōfessor celare te-
neatur peccatū qđ dicit ei pe-
nitēs in cōfessione sacramētali
se velle cōmittere homicidiū:
furtum: ꝛ huiusmodi? Rñdeo.
Due opiniones sunt. ¶ Prima
est Inno. Ray. ꝛ eiꝰ glo. et Ale-
xā. de ales in quarta parte sum
me: quā ꝛ sequit. d. Abb. Siccu.
in. c. Omnis. de peni. ꝛ re. Qđ sa
cerdos non tenet hoc pctm̄ ce-
lare: tum qꝛ est cōmittendum: ꝛ
nō cōmissum: tum qꝛ penitens
de eo non habet cōtritionē. Et
per consequēs nec verā satisfa-
ctionem: cum confessio fiat spe
venie: ẜm Augu. ¶ Scđa opi-
nio que verior est oīno est Ri-
car. in. iiij. dist. xxj. arti. iiij. q. iij.
vbi dicit. In nullo casu licet sa-
cerdoti reuelare confessionem:
siue cōfitens peniteat siue non:
siue cōfiteatur pctm̄ opere per
petratum: siue perpetrandum:
siue sit pctm̄ in moribus: siue
in fide. Licet pctm̄ perpetran-
dū sit in cōfessione detectum: et
maxima diligentia confitenti
suadere debeat ne committat:
presertim si est pctm̄ ordinatū
ad corruptionē aliorū in fide.
Nullo tñ modo prodat illū: nec
aliquā malā opinionē seu su-
spitionē de illo generet in cor-

dibus alioꝝ. Idē Sco.ꝛ.s.Bona.ꝛ Tho.ea.distinc.

4 ¶ Scdo qliter cōfessoꝛ obligat ad celationē confessionis? Rn̄. Ut nec vbo: nec signo: aut quouis modo pctōrem prodat: vt in.c.Omnis.de pe.et re. Extra.de huiusmodi talibus. Ut si quis statim cōfessus est ꝛ cōfessoꝛ peteret casum ab illo auditum: qui vidit personā cōfiteri: ƀm Fran.de Mayro.in.iiij.dis.xxi.ꝛ Lādul.ea.distin.dicit idem: qn̄cunqꝫ confessoꝛ incaute petēdo consilium dat intelligere cōsultori pctōrem. Nihil omin⁹: vt addit. Frā.ea.di. Cōfessoꝛ dubitans de aliq casu in cōfessione audito pōt i gn̄ali sic interrogare. Si talis casus cōtingeret: quid faciēdū. Nō autem dicat: q hoc audiuit in cōfessiōe. Nec ab illo cōsiliū petat q de penitente suspicari possit.

5 ¶ Nunqd cōfessoꝛ pōt loqui corā alijs de pctis in cōfessione auditis non referēdo ea ad penitentez? Rn̄deo ƀm Ricar.ea.dist.ꝛ ar.q.iiij. Nō quouis modo directe: vel indirecte. Per hoc em̄ venire posset in aliquā cognitionē: vel suspitionez: vel opinionē: vel dubitationem de cōfesso: vel sibi posset detrimentū ꝓuenire in aīa: vel in corpe: vel in possessionib⁹: vł in fama: vel in amicis: vel inqꝫtū p hoc pōt aliqđ scādalū in pplo grauari: vel confessio magis odiosa vel minus dilecta: aut p̄ciosa reputari. Raro: vel nunquā cōtingere potest: quin ex relatione peccatoꝝ tantū per cōfessionem scitoꝝ possit cōtingere aliquid de inconuenientib⁹ predictis: quāuis forte qn̄qꝫ nullum de illis contingat. Ricar.

6 ¶ Quid de confessoꝛib⁹ inter se loquentibus. Audiui hodie in cōfessione tale pctm̄: forte et sunt ibi de circūstantibus cōiecturātes ꝑsonā: de qua loquit? Rn̄deo ƀm directoꝛiū lib.j.titu.xv.ꝛ.ß.clxvj. licꝫ predicti nullā nominēt personā: tn̄ hoc est reuelatio cōfessionis in qua peccatū auditū nec vbo: nec signo releuari debet. vt in.c.ois.de pe.ꝛ re. Nec em̄ refert vtrū res ꝓprio noie vel circūlocutionibus demōstrent.ff.si cer.peta.l.certū.de cōsang.ꝛ affi.ca.tua.

7 ¶ Si confessoꝛ dicat talem sibi confessum de suis peccatis nō est reuelatio confessionis: qꝛ si dixerimus tm̄ peccatum non habemus.ꝛ.c.j.Jo.j. Secus si cōfessoꝛ dicat aliquē nominatim sibi confessum de multis: vel grauibus peccatis ƀm Ricar.in.iiij.dist.xxj.ar.iiij.q.iiij.ꝛ ƀm summā vtriusqꝫ iuris.

8 ¶ Si cōfessoꝛ duos qui ad patibulum ducuntur audiuit in cōfessione. Et pro vno tantū q se dixit esse de furto innocētem

rogat: asserēs eū innocētē hoc est reuelatio ꝯfessiōis: vel si audita prius in cōfessione mō audiat a penitēte solus in cōi cōfabulatiōe pctā sibi cōfessa: et ex hoc eū ꝓdat reuelator est confessionis: vel si confessor malitiose alterū adhibet: ꝙ audiat confitentē: vt postea ille sic audiens de sic auditis testis sit.

9 ¶ Quid si cōfessor suū peccatum confiteri nequeat nisi peccatū alteri⁹ sibi cōfessum manifestet sacerdoti noscēti illum? Rñdeo ꝑm Ric. in .iiij.dist.xxj. ar.iiij.q.iiij. Durante tali casu tenet de pctō hmōi nō cōfiteri: sufficit enim si conteratur cum proposito confitēdi habita sacerdotis copia: qui nesciat de quo dicat. Idē Sco.ea.di. vbi ponit exemplū de absoluente episcopū symoniacū de facto quem de iure nō pōt: quo casu confiteri sufficit: ꝙ sacramentū pnie indebite administrauit. Quē tamen si consciētia vrget: vt rem aperti⁹ confiteat: tenet expectare oportunitatē cōfessoris: ꝙ ex confessione quā facit non valeat in notitiā deuenire ꝑsone sibi ꝯfesse. hec Sco. licet Fran. de May. ea.di. dicat ꝙ si confessor nō potest grauitatē peccati sui explicare: nisi reuelet audita in cōfessiōe: cum ista transeāt de foro secreto ad forū secretū nō est reuelatio confessionis: sed prior opinio magis tenenda.

10 ¶ Nunqd prelatus qui audiuit subditi pctm̄ in cōfessiōe possit extra actū cōfessiōis aliquid agere ꝓpter qd nō solum alteri: sed cōfessio ostēdatur talia eū agere ꝓpter cōfessionem auditā? Rñdeo. non. Unde nullam verecundiā vel notificationē subito extra cōfessionē facere potest: vel etiam excōicatū si eum nequit absoluere: cū vitatio sit de iure positiuo: nō reuelare de iure positiuo naturali: et diuino ꝑm Sco. et Ricar. in iiij. dist. xxj. nō pōt etiā ab officio remouere vel a loco qn̄ officiū vel locus est ei pcti occasio ꝑm Bo. Sco. Lādul. ⁊ Ricar. ꝙ ea. di. ar. iiij. q. ij. In respōsione iiij. arg. dicit. Suspitio hec ne ꝑlat⁹ faciat ꝓdicta ob ꝯfessionē auditā intelligit. Non solum qn̄ alij hoc suspicarent: sꝫ etiā ipse subdit⁹ qui cōfessus est: et addit Lādul. ea. di. si prelatus sciat ꝑ ꝯfessionē subditi apostatare velle: nō dꝫ ei ostiū claudere: si nō est ꝯsuetudo claudēdi.

11 ¶ Nūquid sacerdos vllo casu cōfessionem possit reuelare? Rñ. Non: necꝫ pro vllo scandalo vel dispendio exinde secuturo licet ei reuelare confessionē ꝑm Alexan. de ales. in quarta parte summe. q. cclxxv. Item si superiorem per obedientiā vel

sub pena excõmunicationis lata sententia preciperet etiã a papa ꝓm Alexã.ea.q.ꝛ Ricar.in iiij.di.xxj.ar.iiij.q.ij. Ubi addit sacerdos interrogatꝰ de aliquo in confessione audito vtrũ sciat repente dicat ꝙ non:ne ex sua taciturnitate vel fuga respondendi suspitionẽ vllã aggrauet in cordibus astantiũ. Nec mentit qꝛ intelligit se nescire:vt homo: qꝛ vt deus nouit. immo si casus cõtingat in quo oporteat sacerdotẽ:vel cõfessionẽ reuelare:vl mortem subire:tenet preeligere mortẽ. S. Boñ.ea.di.addit. Si sacerdos iurauit dicere verũ super aliquo qđ habuit in cõfessione:secure põt ac debet dicere. Nescio quia iuramẽtũ nõ obligat illum nisi ad illud qđ nouit vt homo. Idem Ricar.

12 ¶ Quid si sacerdos peccatũ auditum in cõfessione iam sciebat per aliã viam? Rñd. ꝓm. S. Boñ.in.iiij.dist.xxj.potest illud propalare. Sed vt scandalũ euitet tria obseruet. Prio protestetur confitenti qđ nõ tenet celare illud:quia scit per aliã viam. Secundo anteꝗ̃ propalet se cogi ad hoc per obediẽtiã permittat. Tertio tũc reuelet:cum videat veritati preiudiciũ gñali. Concordant scotus ꝛ Ricar.

13 ¶ Utrũ de penitẽtis licẽtia sacerdos reuelare possit peccatum:qđ ei dixit in confessione? Rñdeo ꝓm Ricar.in.iiij.di.xxj. arti.iiij.q.j. Sic si confessus hoc iterum dicat confessori extra cõfessionem. ¶ Secundo si dicat persone que possit ꝓdesse et nolit obesse. ¶ Tertio caueat confessor ne dicat se illud habuisse in confessione. ¶ Quarto vitet scandalũ:ne si se licẽtiatum ad dicendũ asserat a penitẽte:ꝛ penitens neget ei incũberet ꝓbare se licentiatum ab eo fuisse:ne puniret:vt reuelator confessionis. Idem. S. Bo.ea.di.vbi addit.sacerdos vt scandalũ euitet oĩno debet confitentẽ suũ nuncium facere. Idẽ Alexã. Lomb. ꝛ Th.ea.di.qui addit. ¶ Quinto cõfessor illi vel illis tñ dicat de quo vel de quibꝰ licentiatus est a penitẽte. ¶ Sexto. S. Bona.ibidẽ addidit ꝙ penitens licentiare debet illum:tantũ quo ad peccata propria:ꝛ nõ aliena: nisi in casu in quo deberet dicere. Et melius per alium ꝗ̃ per seipsum põt bonum illius ꝓcurare:sic est ꝙ confessor melius per suã monitionẽ magis poterit suadere:vt sibi caueat a recidiuo. Quo tñ casu opꝫ confitentem peccatum hmõi extra confessionẽ narrare confessori:quia alias rogando cõfessorẽ vt illuꝫ corriperet de peccato:qđ ei tantum dixit in cõfessione:hoc esset occasio reuelãdi cõfessionẽ ꝓm S. Boñ.ꝛ Ricar.ea.dist.xxj. Et

hec est communis opinio:⁊ que
practicat̄:licet alij quidā cōtra=
dicāt etiā predictis. Ille quoq̧
cui confessor reuelauit alterius
cōfessionē tenet̄ oīno celare:qñ
scit q̄ ille qui hoc sibi dixit ne=
sciebat nisi per cōfessionē. Et si=
militer si q̄s fuit interpres peni
tētis in cōfessione: vel si contin=
gat aliquem a casu ⁊ multoma
gis exposito alterius confessio=
nem audire sub pena pcti mor=
talis celaret̄ s̄m Ricar. in. iiij. di
stin. xxj. ar. iiij. q. iij. ⁊ arti. v. q. j.
14 ¶ Confitens vero peniten=
tiā sibi iniunctā celare tenet̄ du
plici causa. ¶ Primo rōne pro=
pter fame quam sine aliqua vti
litate ludere nō debet. eccl'iasti
ci. xlj. curā habe de bono noīe.
¶ Scd̄o rōne p̄iudicij: qd̄ cōfes=
sori adducere posset vt si forte
sibi iniūxit p̄ salute anime sue
pniam: p̄ quē si sciret̄ incurreret
aliquoꝝ vel alicuius maliuolē
tiā. Utpote si iniūxit alicui absti
nere a societate sibi pernitiosa.
Ricar. in. iiij. di. xxj. ar. v. q. iij.
¶ Tertio pena quam sacerdos
conuictus de reuelatione con=
fessionis puniri debet est: vt de=
positus detrudatur in monaste
rio ad agendam perpetuā peni
tentiā: vt in. c. Omnis. de peni. ⁊
re. ⁊ q̄ ista pena hodie tm̄ impo
nat̄: ⁊ cessauerit illa que ponitur
in. c. sacerdos. de pe. di. vj. sentit
gl. fi. in. d. c. oīs. ⁊ Jo. and. ac do.
Abb. siccu. hoc ibi asseruit.

¶ Incipit scd̄a pars

Interrogatoꝝ de interrogatio
nibus faciendis. Circa decē pre
cepta. Et septem peccata capita
lia. Et cum regulariter nō opor
tet interrogare de venialibus.
Querit̄ quomodo cognoscatur
veniale ⁊ mortale. ⁊ de nonnul=
lis alijs questionib⁹ circa hoc.

¶ Capitulum primum. 14.

Querit̄ de modo quo
veniale a mortali
discerni potest? Di=
cendum q̄ duobus
modis. Aut in mo=
do diligendi. Aut in modo con
sentiendi. Primo diligēdi crea=
turam: quam aut diligimus si=
ue in ea delectamur supra deū
vel eque deo. Et hoc est morta=
le peccatum. Aut citra deū vel
sub deo: ⁊ hoc est veniale. Nam
sic homo deordinatur: aut auer
titur ab vltimo fine: qui est de⁹.
In secundo sicut in primo mo=
do: ⁊ per consequēs ratio pecca
ti: seu perfectio magis inuenit̄
in primo modo q̄ in secundo.
In quo est minimum de ratio=
ne peccati: propter quod ⁊ ve=
niale nuncupatur: quasi venia
dignum sit. Secundo in modo
consentiendi deliberate vel nō
deliberate: ⁊ in his que sunt pre
ceptorie p̄hibita. Aut non sunt
de se simpl'r: vel preceptorie p̄=

hibita vt sunt omnia precepta legis negatiua. Nō occides: nō mechaberis & cetera hmōi: est mortale sicut est nolle delibera to cōsensu implere affirmatiua precepta p loco & tpe: vt tenet. Veluti est honorare parentes: pauperib⁹ subuenire: & alia his similia: quia talis preceptorum trāsgressio nō est sine dei cōtem ptu: in quo potissimum cōsistit ratio peccati. Si aūt quis deli- berate facere consentit ea que non sunt simpliciter seu pcepto rie prohibita: vt est mendaciuz iocosum: multiloquiū: plus ali- quātulum dormire: comedere & hmōi. Venialiter tantū peccat: si tn̄ ibi nō sit cōtemptus hoc est quietata volūtas talia faciēdi si etiā simpliciter essent prohibita quo casu mortale peccatū esse. vt. xxv. dist. §. Criminis. In pro hibitis aūt simpliciter. Et sm se si voluntas non consentiat: sed per surreptionē delectetur. Aut etiam ex cogitatione sine cōsen su: veniale tm̄ est peccatū. Sec⁹ aūt vbi vere vel interpretatiue cōsentiat. Exemplū in pctō car- nis in quo delectari vel ex surre ptione vel cogitatione sine con sensu veniale est. Ubi vero ex diuturnitate tpis crescit libido: ita vt mens velit psistere in inte riori delectatiōe. Aut aduertēs periculum delectationis repen te negligit eā reprimere: qd est cōsensus interptatiu⁹: cū nō sit absq₃ ɔtēptu salutis ppe. vnde mortale est pctm̄. Difficile est tn̄ in hmōi dicere quousq₃ se exten dat veniale: et qn̄ incipiat esse mortale. De q̄ cōsensu dicit Au gu. Si pctm̄ nō diu teneat in de lectatiōe veniale est. Si vo diu teneat: & si volūtas pficiēdi de- sit: mortale ē. Que vba l₃ Aug. videat pcipue itelligere de pec- cato carnis: in omnibus tn̄ ge- nerib⁹ peccatoꝝ delectatio mo- rosa vigilāter & strenue vitāda est. In pctō ergo mortali est dei cōtēptus atq₃ desertio nō tantū cōmittendo sicut in exemplo p- xime dicto: sed etiā in omiten- do. In veniali vo est tātū pter- missio alicui⁹ circūstātie ad sa- lutē nō necessarie. Exemplū de vtroq₃ in eo qui tenet dicere of- ficiū diuinū: q̄ se in psoluendis horis canonicis aliq̄ mentis va gatiōe ad aliud intēdat per sur reptionē mētis: vel ex ppria vo lūtate: nō tn̄ in hoc diu moretur veniale remanet pctm̄. Si vero ex cōsuetudine negligēter psal- lēdi cōtemneret: & nō curaret ca nonicas horas deuote sapiēter psoluere cū sit opus priuilegia tum: sicut missam celebrare: et verbum dei predicare. Morta- le peccatū est: hec Alex. de ales in. ij. par. trac. de peccato in ge- nerali. Et in tractatu de negligē tia. & S. Bon. in. ij. distin. xxiij.

super literam.

2 ¶ Sed quero cum peccatum veniale aliquādo fiat in nobis per ignorantiā: vel obliuionem vel p surreptionē: vel per necessitatem: vel per fragilitatē carnis: sicut dicit glossa puerbio. xxiiij. super illō septies cadit iustus in die. & constat q illud qō homo peccat inuitus est inuoluntariū: quomodo Aug. li. de vera religione dicit. Peccatum adeo voluntariū est. qō si nō sit voluntarium: non est peccatū? Respon. s̄m Alex. in secūda parte summe. in tractatu de pctō veniali. Omne veniale peccatū est voluntariū: & voluntate mouente ad hoc: vel voluntate permittente: siue nō cohibente. Et ad obiectū dicēdum q inuitus quis peccare dicitur: vel qō nullo modo fit a volūtate remota: vel propinqua eliciente vel permittente: siue non cohibente. Et sic nullus dicitur peccare inuitus. Alio modo dicitur inuitus peccare: quia non est ex toto in voluntate. Et sic dicitur quis inuitus peccare. Et sic intellige ad Rom. vij. Quod nolo hoc ago: videlicet q actus peccati dicitur inuoluntari⁹: quia est contra rationem: que concupiscit aduersus carnem.

3 ¶ Sed quero: qūo differt radix & macula peccati venialis & mortalis: eorumq auersio? Rn̄. Libido in mortali s̄m August. libro de mendacio. Est appetitus animi: quo eternis temporalia preponuntur. Sed nullū veniale a tali radice procedit: cum in eo non sit inordinata cōcupiscentia contra deum. Macula peccati mortalis est p quā anima amore īferioris pulchritudinis seipsam polluit: et sue recreatiōis imagine diuina gratia spoliata deformat. Sed macula venialis peccati: qua tantum diminuitur rectitudo eius qō est ad aliquē actū: & sic nō est contra dei preceptum: licet aliquo modo animā polluat retardādo eam ab actu gratuite dilectionis. Non tn̄ eā deformat diuinam gratiā auferendo. Et de vtriusq macula potest poni tale exemplū. Aliqn̄ tantum denigrat̄ aliqua imago depicta: vt videri non possit. Aliqn̄ vero ita obscurat̄: vt plene nō possit discerni. Unde & Gregori⁹ dicit. Ueniale obscurat: & mortale obtenebrat. Auersio q̄z a deo non est in peccato veniali: q̄uis sit quedam a deo elongatio vel retardatio. In peccato vero mortali in quo est diuinorum preceptoꝝ transgressio. Auersio fit a deo: nā diuinū mandatū est via recte tendendi atq peruenīēdi ad deū. Qui ergo contra mādatum dei facit: quasi faciē suā retrorsum vertens tergū tēdit ad

illū ad quē per viā mandati tē dere debebat. Qd et ille agit q̄ tpalia preponat externis sta- tuēs vltimū in eis finē. Anima eū cū sit media inter deū ꝛ crea turā: inquantū est ymago dei. Uertēs ergo se ad creaturā tāq̄ ad vltimū finem seu principale bonū faciē suā quā ad deū ver- tere debebat ad creaturā vertit ꝛ inclinat. Alex. de ales. i. ij. tra ctatu de veniali pctō. ꝛ. S. Bon. in. ij. dist. xxiij. arti. ij. q. ij.

4 ¶Quid sit primus motus in prohibitis simpliciter: ꝛ quā do eū reprimere tenemur? Re- spon. ẜm. Alex. de ales in scdo tracta. de peccato in generali. ¶Primus motus est mot⁹ sen sualitatis ẜm impulsum fomi- tis tendēs impetuose ad frui- tionē crature delectabilis. Si tn̄ sensualitas moueat ẜm re- gimen rōnis ad substētationē: cū talis motus nō sit inordina tus vel vituperabilis: de eo nō intelligit in diffinitione prescri pta. Si aūt moueṫ ẜm ipulsum fomitis hic est de quo loqui- mur. Est eū inordinat⁹ cū sit improbus impetus libidinis. Et sensualitas hic accipiṫ q̄dā vis sensibilis sub rōne ordina- ta. Et iō sensualitas est in hoīe solo. In brutis sensibilitas. ¶Quo ad scdm̄? Rn̄. q̄ rō non teneṫ reprimere primos mot⁹ ne insurgāt qꝛ ꝛ si in nobis non insit: necessitas ad hunc primū motū vel ad illū: tn̄ manēte cor ruptione in sua causalitate que tn̄ tolli posset ex virtute. gratie necessitas est ad aliquē. Teneṫ tn̄ rō cōprimere illas ne perdu cant ad cōsensum supioris par tis: hoc est teneṫ non cōsentire ẜm supiorē partē vl' etiā ẜm in- feriorē: cū iā pueniṫ ad iudiciū ipsius diffinitiū. Nā ita ordina- ta est inferior pars rōnis ad su periorē: q̄ subiecta sit ei: vl' esse debeat. hec Alex. de ales.

5 ¶Quomodo intelligēdū est quod de pctō mortali ꝛ veniali. Diciṫ q̄ infiniti ad finitū nulla est proportio? Rn̄. ẜm Alex. eo. trac. q. iij. Possumus ꝯsiderare mortale pctm̄ ꝛ veniale quātū est ex pte delectatiōis: ꝛ quātū est ex pte deformitatis. ¶Pri- mo mō est in eis ꝓportio. ¶Se cūdo mō non. Deformitas eū mensuraṫ respectu boni incō- mutabilis: siue ei⁹ in quē pec- catur. Delectatio vero ẜm actū ipsi⁹ peccās. Et ꝓpter hoc pe- na debeṫ mortali pctō ex vna parte finita magnitudine: ex alia parte infinita duratione. Sed licet veniale pctm̄ quan- tum est de se nō habeat reatū: nisi pene tpalis: ex adiunctiōe tn̄ mortalis pōt habere penam eternā: tūc eius deformitas est sine fine: deformitati autē sine fine rn̄det pena sine fine. Alex.

6 ¶ Querit an plura venialia faciant vnum mortale? R͞n. ɓm S. Bon͞. in. iiij. dist. xxiiij. super litterā. Non quantū est de se: sed dispositiue. Ex frequēti em̄ iteratione venialiū augetur libido: et frequenter interuenit contemptus.

7 ¶ Utrū veniale pct͞m possit effici mortale? R͞ndeo ɓm sanctū Bon͞. in. iiij. dis. xvj. arti. iij. q. j. Si intelligat ꝙ hec venialis culpa p̄ essentiā fiat mortalis: hoc est idē ɓm substātiā impossibile est. Si aūt intelligat ꝙ pct͞m qd̄ erat als veniale possit esse mortale: vt mendacium iocosum ꝛ ebrietas. Dico ꝙ sic ꝓpter cōsensum ꝛ cōplacētiā supra deū. hoc est ꝙ si etiā deus ꝓhiberet cōmittere nō desisteret: qꝛ ibi est libidinosus cōsensus. Idē dicit ea. dist. Alex. Lōbar. ꝛ Ricar. q̄ addit modū: vt si ludus fiat cum muliere cā alicuius vane cōplacentie: non t͞n turpis: si postea cōtinuet cā turpitudinis exercende: qd̄ primo fuit veniale fit mortale ꝓpter superuententiā male intētionis. Et sic intellige ad dictū Aug. Nihil est adeo veniale qd̄ non fiat mortale: si placet. vel sic ɓm Alexand. de ales. in. ij. tractatu de pctō. Cū q̄s diligit aliq̄d veniale sub deo: si post illa amoris inordinatio: ita progreditur ꝙ supra deum vel eque deo protendit mortale. Non ꝙ illa placētia: ꝛ inordinatio sub deo facta sit supra deum: sed ꝙ per illā occasionaliter et ꝓgressiue ab ea vsqꝫ ad illā q̄ supra deum est partitū a quadam quietata placētia. Et sic loquit Aug. de venialibꝰ in lib. de peni. Oīa simul aggregata q̄ plura sunt velut scabies necāt: aut decorē faciei nostre exterminant.

8 ¶ Utrū religiosus teneatur ad cōfessionē venialiū rōne status siue religionis? R͞ndeo. q̄uis tēdēti ad perfectionē vtile ac necessariū sit venialia cōfiteri: t͞n de necessitate salutis religiosus nō tenet: qꝛ qua rōne secularis nō habens nisi venialia nō tenet confiteri etiā semel in anno ꝓpter preceptū. ar. ca. oīs. de peni. et re. Eadem rōne etiā religiosus ꝓpter sui ordinis statuta: non obligat: qꝛ ɓm Sco. in quarto. dist. xvij. ꝛ Pet. de palu. ibidē. Eccl'ia non vtit sacramēto pnie nisi tanq̄ scd͞a tabula cōtra naufragtū qd̄ quidē nō est in venialibꝰ. Cū actu moriēs in veniali etiā saluetur.

9 ¶ Utrū vnū mortale sit maius altero: vel magis q̄ alterum? R͞n. ɓm Alex. de ales. in ij. parte tractatu de pctō mortali. q. iiij. Aliud est dicere maius et minus: in peccato mortali. Et aliud est dicere magis ꝛ minus mortale.

¶ Primo modo scz maius ꝛ minus mortale refert ad quantitatē peccati in gn̄e peccati. Cui etiā maior acerbitas pene ꝯm libidinis mensurā ei respōdet. ¶ Scd̄o modo scz magis ꝛ minus mortale refert ad ipam separationē a deo qui est aie vita: etiā inquātū ei pena eterna rn̄det: sicut ergo in eternitate pene nō est magis ꝛ minus: sic nec in separatiōe est magis et min⁹: vel sic etiā mortale pctm̄ dr in eo ꝙ respicit mortē gehenne: in qua aliqd est qđ dicit ꝯm magis ꝛ min⁹: vt magis puniatur iste ꝙ̄ ille: nō inquātū vterqꝫ eternaliter punitur. Alexā.

10 ¶ Ex quib⁹ cognoscit ꝙ vnū pctm̄ est graui⁹ altero? Rn̄deo ex quatuor. ex causa: ex materia: ex circūantia: ex cōcupiscentia. ¶ Primo ex causa a qua discedit: hoc est ꝯm ꝙ act⁹ discedit a rectitudine rōnis. Quanto em̄ magis discedit pctm̄: tāto graui⁹ est: sicut si qs decipit in mille deceptū in centum ab alio graui⁹ ꝙ̄ ille peccat. Et q̄ eidē mai⁹ bonū tollit in eodez gn̄e peccati grauius peccat: vt auferēs sanitatē plus offendit ꝙ̄ rapiēs facultatē. Quāto em̄ magis qs discedit ab armonia ꝛ consonātia rationis: tāto maior est malitia: vt tāto grauius pctm̄. ¶ Scd̄o ex materia siue obiecto vel persona q̄ offenditur: qꝛ quāto ꝑsona offensa dignior est: tāto graui⁹ est pctm̄: ideo pctm̄ īmediate cōtra deū: vt est īfidelitas ꝛ blasphemia: grauius est pctō contra holem cōmisso: in reb⁹ vel in persona: ꝯm em̄ dignitatē obiecti attēditur grauitatis varietas in peccatis. hec Tho. prima scd̄e. q. lxxiij. ar. iij. ¶ Tertio ex circūstantia quāto em̄ plures circūstantie corrūpunt: tāto graui⁹ est pctm̄: graui⁹ em̄ peccat iniuste verberās patrē ꝙ̄ extraneū: sic et prodigus q̄ dat qđ nō debet: ꝛ cui non debet: ꝙ̄ si qs det cui nō debet tm̄: qꝛ plures circūstantias boni in eodē genere peccati corrūpit. Sicut in simili grauior est egritudo: q̄ plures partes corporis corrūpit ꝙ̄ illa que paucas. vn̄ Tulli⁹ de primo exemplo dicit. In patris vita violāda multa peccātur: violat em̄ is q̄ peccauit: q̄ aluit: qui in sede ac domo in rē publicam collocauit. Tho. prima scd̄e. q. lxxiij. arti. j. Quarto ex cōcupiscentia: qua videlicet quis ducitur ad peccandū. Duplex ꝟo est hec concupiscentia. Una sensualitatis ꝑcedens iudicium rationis ꝛ motū volūtatis. Et hec pctm̄ diminuit: qꝛ qui maiori cōcupiscētia stimulatus peccat: minus ei imputatur. Alia vero cōcupiscētia est sequens iudiciū rationis: ꝛ con

lensum volūtatis. Et hoc modo vbi maior est cō̄cupiscentia: ibi grauius est pctm̄. Tho. prima secunde. q. lxx. ij. arti. vj. Qd etiā probat̄ sic. Illa est maior q̄ est magis ꝑm electionez cū de rōne peccātis ⁊ iniuriātis est: vt agat volūtarie. Ideoqȝ quāto magis ꝑm electionem peccat: tanto magis volūtarie peccat. Quāto ergo magis volūtarie: tāto grauius: qꝛ maior est: ⁊ efficacior libido est.

